nota et tene menti q̄ reprobata electioe alicuius p̄pter impedimentū seu defectum temporalē potest illo defectu cessante iterū eligi ad eandē prelaturā facit quod le. et nō. in. c. cum inter canonicos. s. eo. secus dicit vbi reprobatur electio p̄pter crimē. vt in. c. sup. eo. s. e. et dicit vt ibi In gl. i. ibi p̄pter officium p̄dicandi. hoc ideo dicit glo. q̄ de iure cōi habētes curā aiaz hnt officium p̄dicandi. vt sunt ep̄i et alij rectores ecclesiarū curataz. ad hoc. c. cū ex iniuncto. s. de here. et qd nō. in. de. i. de regula. vñ fratres medicantes p̄nt hodie p̄dicare nō de iure cōi. s. ex privilegio eis tributo. vt in. de. vñ. d. de sepul. vñ alij religiosi qui nō sunt p̄ilegiati non p̄nt p̄dicare nisi haberēt ecclesias curatas. xvi. q. i. mōchus et. c. sunt nōnulli. et. c. doctos. hōsti. tñ addit aliaz rationem. q̄ facilius mōchi p̄nt instrui in vita clericorū q̄ clerici in vita monachorū. vt dixi in. c. p̄cedenti. p̄ter ea dicit q̄ clericus secularis non p̄pter dēi s. p̄pter prelaturā ad quā est electus. quod nō cōstringit in mōcho qui iam clericus est nec optet vt aliquid agat. vt p̄lat fiat. In ea. gl. ibi vel postulari in abbate aduerie q̄ glo. hic videt velle q̄ clericus secularis in abbate possit postulari s̄ istud nō p̄hibetur hic cū tex. p̄probat electionē non aut postulatōz. vñ sentit Jo. an. hic et clar. in. c. p̄ce. q̄ clericus secularis possit postulari in abbate licet eligi nō possit. qd etiā tenet Inno. in. d. c. cū monasteriū. et dicit vt ibi plene dixi. dicit tñ q̄ talis postulatio nō p̄t admitti p̄ alium citra papā. pro h̄ vide glo. nō. in. de. i. eo. ti. vbi glo. vult q̄ homo alterius p̄fessionis vel habitus nō p̄t postulari in abbate nisi a solo papa. idem ergo dicendū de clerico seculari qd etiā sentit Jo. an. i. spe. in. ti. de lega. in. s. p̄sequenter. i. p̄ncipio licet Lōpo. h̄ sentiat p̄trariū dices q̄ legat. cardinalis pōt in h̄ dispētare cū nō videat istud de resuatis de q̄bus in. c. q̄ translationē. d. offi. dele. et ad istū tex. m̄det q̄ nō p̄hibet dispensatōez. q̄ iste legat. nō dispēsanit s̄ electionē p̄firmavit. s̄ p̄mū dicitū p̄ mibi placet. nā cōsultatio h̄ fuit facta nō solū respectu cōfirmationis s̄ etiā fuit questū nunquid potuerit legat. dispensare. et q̄q̄ papa ad istam q̄onem nō n̄deat explicite satis tñ m̄det tacite cū noluerit istū admitti nisi primo fuerit instructus in regula. p̄terea dispēratio nō videt concessa nisi in casibus expressis cū per eam vulnerent iura. vt in. c. dilectus. d. tēpo. or. ergo nec legatus pōt dispensare h̄ casu cū nō repiatur p̄cessus et re regl. nō pōt inferior in aliquo imutare vel vulnerare cōstitutōez superioris. vt in. de. ne rōni d. elec. facit etiā gl. in. c. si. d. here. li. vi. q̄ dicit legatus nō posse cōmittere cām simpliciter et de plano rē. q̄ nō pōt tollere substācialia iuris. fori. q̄ nō d̄z posse tollere ista iura q̄ p̄hibēt nō exp̄tū nec p̄fessūz. p̄moueri ad p̄laturā reglārez In glo. si. ibi p̄ tres menses alij aliter dicunt. sed

Jo. an. dicit et melius h̄ esse arbitrarium. et pro h̄ vide tex. iuncta glo. in. c. cum ex lris. s̄ d. resti. in. inte. sup. s̄. instructus. nā facilius instruit vnus q̄ reliquis cūz ingenium suppleat t̄ps Sed ex gl. op. p̄tra tex. i. eo q̄ in fine dicit istuz posse iterum eligi postq̄ fuerit instructus si vrgens necessitas et euidentis vtilitas monasterij postulauerit videt enī satis esse q̄ sit instructus neq̄ debet requiri alia necessitas. sufficit enī q̄ monasterium vacet. Sed Inno. supplet ad tex. maxime quasi dicit q̄ iste poterit eligi sicut quilibet alius de mōsterio ex quo instructus est in regula. vel pōt dicit s̄m hōsti. q̄ si est instructus et nō h̄n adhuc exp̄tus poterit eligi vt gente necessitate seu vtilitate mōsterij. naz cessantibus istis nō debet eligi ex quo nō est h̄n adhuc exp̄tus licet sit instructus s̄ si tanto tpe stetit in mōsterio q̄ sit instructus et exp̄tus habet locū p̄mum dicitū. et hec cōsideratio mihi placet. nā mōsterium h̄ nō debebat vacare vltra tres menses. vt in. c. q̄ p̄ter. s̄. eo. vel saltim vltra sex s̄m iura antiqua vñ nō erat p̄sumptio q̄ in tam breui tpe iste possit p̄fecte exp̄iri regulā monachalē cū a iure de t̄ annis vt in. c. ad aplicas. de reg. merito papa h̄ exp̄git necessitatem et euidentē vtilitatem mōsterij ad h̄ vt iste possit in eadē vacationē assumi in abbate et nō istū tex. q̄ singularis est s̄m istū intellectum q̄ cōpetet instruct. in illa regula licet nō h̄n exp̄tus q̄ nō stetit magno tpe in mōsterio pōt eligi in abbate vt gente necessitate vel vtilitate mōsterij. qd h̄n tene menti. Sed q̄ro nunquid laicus seu cleric. secularis possit eligi in mōchum Inno. q̄ nō h̄ debet postulari. hōsti. dicit melius q̄ quicq̄ dicit Inno. q̄ cleric. et laici cotidie intrant mōsteria. et h̄ dicitū puto verissimum p̄sertim. q̄ adesse mōchi nō requirit q̄ q̄ sit clericus xij. q. i. generaliter. imo etiā ex cōdicatus obligat monasterio ex p̄fessione sua. vt le. et nō. i. c. cū illoz. d. sen. ex. Sed q̄ro quō potuit effici iste mōchus vacante mōsterio cū sine abbate nō pōt q̄ mōchari in aliquo mōsterio. p̄ h̄. xvij. q. ij. nullā. et in. c. p̄rectū. d. reg. So. dicit Jo. an. q̄ pōt tex. intelligi dupliciter. primo q̄ iste fuit effectus mōchus alterius mōsterij. et h̄ casu cessat p̄trariū. n̄de qd p̄cedit q̄ receptio mōchi spectat ad solū abbate quo casu vacante mōsterio p̄tās nō trāsit in capl̄m s̄ h̄ poterat spectare receptio ad abbate et cōuentū simul q̄ casu p̄tās residet in cōuentu monasterio vacante. vt est hodie tex. nō. in. c. si. de reg. l. vi. Itē poterat spectare receptio ad solū cōuentum sedz cū et nō diligenter h̄ dicitū vt p̄suetudine possit induci q̄ creatio mōchoz spectet ad solū cōuentum. Ad duo in ar. c. vnicūm ne sede vacan. li. vi. vbi creatio monachorum potest pertinere ad solum capitulum ad idē c. cum ecclesia vultana. s. eo.

illa quotidiana.

Electio alia s
canonica p̄fir
ma licet quidā diligentū essent minoz exco
municatōne ligati. b. d. In p̄ma ponit facti narratio
in sc̄da ipsius p̄firmatio. ibi quia. Nō p̄mo q̄ ele
ctio non dicit minus canonica ex eo q̄ excoicati mino
ri excoicatioe fuerint admissi ad eligendū, ratio ē qz
minor excoicatio non p̄iuat p̄tate eligendi actiue sed
passiue t̄m. vt in. c. si celebrat. de cle. exco. m. vbi satis
probat qd̄ prius dixi Sc̄do nō ibi de plenitudine po
tēstatis. q̄ papa habz plenitudinē p̄tatis s̄ vocant̄ alij
p̄lati in partē sollicitudinis. vt in. c. ad honores. j. de
v̄supallij. nam p̄tās ecclesie fundat̄ in papa tanq̄ i ca
pue et alij p̄lati tanq̄ membra capitis mouēt ad nu
tum ipsius. de quo dicendū vt plenius dico in. c. ex ge
stis. de cle. nō res. in lec. Et aut̄ papa debeat indiffe
renter vt hac plenitudine p̄tatis vide qd̄ nō. dicit̄ In
no. in. c. innotuit. s. eo. q̄ raro et ex causa debet papa
vt plenitudine p̄tatis et intelligo de ea plenitudine que
est supra legem scriptam. qm̄ lex vult disponere cōtra
l. scriptam vtendo potentia absoluta q̄ p̄sistit in pleni
tudine sue p̄tatis. et que censet̄ exempta a laqueo. l. sci
ptē. vt in. c. significasti. s. eo. et in. c. proposuit. de p̄ces.
p̄ben. et vide glo. in. c. vbi periculū. eo. ti. li. vi. Nō
vltius q̄ suppletio quā facit p̄nceps de plenitudine
p̄tatis refert̄ q̄nqz etiā ad defectū intrinsecū. sicut b̄ quo
ad excoicatioe eligentiū p̄supposito q̄ illa excoicatio
habuisset vicare et p̄ hoc limita qd̄ nō. pe. i. ti. d. lega.
s. nūc ostendendū. v. xvij. vbi dicit̄ q̄ ista cl̄a supplet̄
d̄ plenitudine p̄tatis et refert̄ solū ad defectū circa solē
nia intrinsecū. et idē archi. in. c. canonianensem. lvi. di. d̄
quo dixi in. c. i. de trasac. nā illud dictū spe. et archi. p̄
cedit vbi simpliciter opponit̄ illa cl̄ausula. sc̄t̄ vbi hz de
terminatōes ad defectū etiā intrinsecū. qz tunc supplet
etiā resp̄ctū illius defectus vt p̄bat̄ hic. debet̄ q̄ p̄de
rari v̄ba cle. Nō ibi in simplici excoicatioe q̄ exco
municatio que p̄trahit̄ ex p̄cipio cū excoicatio d̄ sim
plex et alio vocabalo appellat̄ minor. Et forte dicit̄ sim
plex resp̄ctū effectus. qz excoicatio maior hz duplices
effectus. qz p̄iuat cōione hoim et p̄cipatōe sacramen
torū. s̄ excoicatio minor solū p̄iuat p̄cipatōe sacramē
torū. vñ hz simplicē effectū. vt p̄bat̄ in. c. si celebrat. p̄al
le. iūcto. c. a nobis. j. de excep. S̄z p̄ra istū tex. op̄
p̄cipans excoicatio peccat mortaliter salti q̄nqz in x̄
ea q̄ plene dixi in. c. sacris. qd̄ me. cā. s̄ peccatū mor
tale repellit a testimoio. vt in. c. testimoniū. de testi. J̄tē
ab accusatōe. vt in. c. i. d̄ accu. ḡ d̄nt̄ repellē eē ab elcōne
p̄ferti cū elcō sit acc̄ sp̄ualis. vt in. c. massana. j. e. et p̄di
cta sūt t̄palia. So. dicit̄ Jo. an. q̄ qdā sūt acc̄ qz excoi
citiū p̄nit̄ alteri p̄iudiciū. et tē p̄m̄ mortale repellit ab
ill̄ actib̄ et i his p̄cedūt p̄traria Quidā sūt acc̄ qz ex

ercitiū nō tendit in alterius p̄iudiciū s̄ potius v̄fat cir
ca expletōz iure p̄prio. et tūc p̄m̄ mortale nō repellit
ab illis actibus vt in casu n̄ro. Atz aut̄ om̄e p̄m̄
mortale repellat a testimoio vel ab accusatōe. dic vt
dixi in. d. c. testimoniū. et in. d. c. i. Dic etiā formalis
q̄ effect̄ excoicatiois minoris. non opponit̄ iuri eligēdi
actiue s̄ iuri eligēdi passiue. qz vt p̄dixi excoicatio
minor nō repellit a cōione homin nec a p̄secutione in
ris. p̄prij. s̄ solū a p̄cipatōe sacmētōz. vt in. d. c. si ce
lebrat. s̄ is qui eligit non vtitur sacramētis sibi p̄hibēt̄
cū non v̄ctur sacramentum in electōe merito nō debet
repelli ab electōe s̄ eligi nō p̄t. qz eligi vt admittret
sacmēta et diuina a quibus ip̄e remotus est. p̄pter excoi
catōez merito de eo nō p̄t fieri electio. Et ex p̄dictis
p̄dandū q̄ ista suppletio quā fecit papa non fuit ex
necessitate s̄ ex abundanti. t̄m vt satisficeret opponētib̄ tū
forte. p̄pter timorosas aliquoz p̄siciās qui credebant
electionē. tam esse minus canonica ex interuētu illoz
excoicatorū. p̄dicta p̄cedunt q̄ndo admittūt̄ ad eli
gendū excoicati minor excoicatioe ligati. Sed du
bium magnū est quid si admittūt̄ aliqui maiori ex
coicatioe ligati non quid inuictur tota electō p̄
admissionem illoz an v̄o debeat sustineri electō p̄pter
eos q̄ fuerunt habiles. et hanc q̄onem multū p̄p̄q̄
tur Inno. hic et alij post eum in aliquib̄ t̄m ip̄e Inno.
sentit p̄trarium eoz que dixit̄ hic in. c. si. j. de para.
quā materiam expedias. put̄ ibi dixi. nam ibi de hoc ē
tex. nō. et m̄d̄ cadit̄ ibi materia q̄ hic vbi etiā ten
gi. Quid si admittūt̄ aliqui inhabiles alia inhabili
tate q̄ excoicatiois. et vide etiā qd̄ nō Jo. i regula
qd̄ alicui. in mercu. ad idem certum est qd̄ notorie ex
coicati non debent admitti scienter p̄ alios alias tota
electō corruit. vt in. d. c. si. et facit̄ tex. hic in. ar. a p̄trario
l̄re. Sed dubium est qd̄ si excoicati nō possūt de ca
pitulo repellī de iure v̄l de facto. dixerunt̄ hic. Inno.
et Lopo. q̄ possunt admitti p̄missa p̄testatōne q̄ non
intendant̄ eis cōicare ius eligēdi et poterit fieri. p̄testa
tio publice v̄l occulte si v̄sibile timetur. ar. in. c. i. qd̄ me.
cā. et in. c. si. de dec. li. vi. si autem possunt de caplo re
pelli tunc omnino sūt repellendī. alias electō habiliū
esset nulla in odium eoz qui sciēt̄ admiserūt̄ excoica
tos. vt in. d. c. si. Sed hosti. insurgit̄ p̄ra p̄m̄ mēbrū
dicit̄ eū q̄ ille non est casus in quo licita sit cōio cum
excoicatio cum non p̄p̄tetur in casib̄ cont̄is xi. q. iij
qm̄ multos. Jo dat ip̄e aliū remediū nō excoicati v̄l
non p̄t̄ expellere excoicatos recedant tunc a caplo et
p̄grentur alia vice excoimunicatis non vocati nec ad
missi nec poterunt agere de p̄t̄ptu. quia non erant
vocati ex quo erant excoicati. et vide qd̄ nō. in. c. cū di
lectus. de p̄sue. et in. c. cum int̄a. l. s. eo. et h̄ practica
hosti. mibi. placet quādo nō curret̄ tēp̄ electōib̄

¶ ubi imineret finis termini p̄fixi ad eligendum tunc p̄pter necessitatē instantē poterit suari practica Inno. & p̄po. q̄z non debet quis ius suū negligē. ut euitet p̄fici passioem excoicatoꝝ. ex quo sine dāno iuris sui nō potest eos euitare ar. op. i. c. si v̄o. et quod ibi nō. j. de se. ex. et xi. q. iij. antecessor et in. c. qm̄. In glo. i. ibi p̄traria de suspensione iudic. dicit q̄ nō est d̄ria inter suspensionē iuris & iudicis. nam si iudex excoicaret aliquē minorē excoicatioe seu suspenderet a sacramentis t̄m qd̄ idem est posset iste suspensus seu excoicatus eligere p̄ ea que. s. dixi & idem dicendū est i suspēdōe iuris seu canonis. nā si canō suspenderet aliquē simpliciter celebrando efficeretur irregularis ut in. c. i. in. fi. de re. iudic. li. vi. et in. c. cum medicinalis. de. sen. ex. li. vi. & vide p̄ Jo. an. in. d. c. i. d̄ria ergo p̄sistit in hoc vtrū sit quis ligatus excoicatioe maiorē vel suspensione maiorē an minorē. nā p̄mo casu siue sit ligatus a iure siue a iudice non potest nec eligi nec eligere ut in. c. cum dilectus. de p̄sue. et qd̄ ibi plene nō In sc̄do casu potest eligere & non eligi ut i. d. c. si celebrat. Qualiter autē p̄gnoscat̄ur excoicatio maior vel minor seu suspensio. dicit p̄ de bent inspici verba excoicatiois seu suspensionis & si inportant effectum excoicatiois seu suspensionis dicitur excoicatio minor causa em̄ p̄gnoscat̄ur per effectum. in dubio em̄ appellatione excoicatiois vel suspensionis intelligitur de maiorē de quo dicit ut nō in. c. pe. et qd̄ ibi nō. de sen. ex. In glo. fi. in fi. dicit Jo. an. & b̄n quod istud argumentū nō colligit̄ur hic. quia nil erat b̄ inutile. & dicit q̄ regulariter nō videt̄ur vtile p̄ inutile. d̄ hoc t̄m dicit ut plene nō. in regula vtile. de reg. in. li. vi. vide q̄ dixi in his que explicant̄ ab vniuersitate vel a singularibus an videt̄ur totū ex eo quia aliqui erant ibi abiles in. c. cum sup de offi. dele. et in. d. c. si. de proco. et per vtrōq̄ nō orabiliter determinat̄ materia hic tractata per Inno.

Criptum

¶ habet materiam subtilem et difficilem int̄tuz q̄ glo. & aliqui dixerunt extra eam hoc. c. cōtinere potius quandā. p̄uisionem papale p̄tra ius p̄mu ne. iste t̄m intellectus cōiter nō tenet q̄z fm̄ cū hec de. cre. esset hic sup̄flua p̄tra id qd̄ habet̄ in p̄hemio. s. et intelligendo q̄ p̄tineat ius cōmune potest sic sumari in herendo v̄bis literē. Si postulatio cū electione p̄currit et numerus postulantiū est duplo maior et postulatus est idoneus postulatio admittit̄ur reiecta electōe. Si vero indignus et hoc maior p̄s postulantiū ignorauerit postulatio & electio reprobat̄ur. Si vero scieb̄at electus est idoneus p̄firmatur electio. et idem si numerus postulantiū est duplo maior. b. d. ut dixi inherēdo simpliciter verbis literē. & debet determinari et distingui v̄. j. subijc̄ia. Diuiditur principaliter in quatuor p̄tes

in p̄ma ponit arengam seu exordium decisum in sc̄ba ibi sane. narrat factū electionis & postulationis. in t̄cia ibi neq̄. ponit commissionis cām. in quarta ibi per aplica scripta cōmissionis formā. Et hec vltima pars subdividit̄ur. quia p̄mo ponit p̄cessus que faciet delegatus p̄tibus inuitis. sc̄da ibi & si p̄tes. ponit diffinitioes quā faciet si p̄tes cōsentient quatuor casus declarādo et sc̄ds est ibi q̄ si. t̄rcius ibi si vero. quartus ibi nisi. Et p̄ intellectu l̄re incipe p̄mo. c. in ecclesia constanti nopolitana tunc vacante erant. xxv. canonici omnes habentes vocē in electione qui tractantes de substitutione futuri p̄iarche mutuo consensu conuenerunt. ut ad electionē faciendam. admitterent. vij. p̄positi p̄ se aut p̄ eorum p̄curatores. Item q̄ admitterent duo p̄curatores p̄ singulis p̄latis ecclesiarum cōuentualium ita q̄ quilibet p̄latus haberet vocem in electione. & t̄m ep̄is ecclesie cōuentuales habebat. xvi. p̄latus. Itē q̄ omnibus cōputatis oēs erant. xlvij. voces quaz. xvi. degerunt plebanū sancti pauli de venetijs. vij. vero p̄positi & ix. canonici. & xvi. p̄lati & sic numero. xxxij. postulatuerunt archiep̄m gradinē. in p̄iarcham vigore huius discordie p̄tes cōstituerunt se apud romanum pontificē & qm̄ in curia non potuit fieri fides de meritis electi & postulati nec de studijs seu zelo eligentium & an p̄positi & p̄lati fuissent admissi d̄ cōsensu omnium. nec etiā plene d̄ numero eligentiū & postulantiū papa p̄misit hāc cām decidendā cuidā nōrio suo. i. p̄thonotario cui p̄mo mādauit absolute ut de meritis electi & postulati & de animo seu studijs eligentium & postulantiū & respectu electi & postulati deberet fieri inquisitio vbi nati fuerunt & d̄intus p̄uersati. nā ibi melius habet̄ moꝝ noticiā facit. xix. q. ij. in. c. duo. & s. eo. postq̄. respectu vero ip̄oz eligentiū & postulantiū sit inquisitio in loco vbi celebrare fuerunt electio & postulatio ¶ nō in v̄. et si p̄tes cōsenserint. ibi d̄ mutuo cōuenisse cōsensu. q̄ electores p̄nt cōi consensu cōicare extraneis ius eligendi in electione q̄ iminet̄ur fienda. nā quemadmodū p̄nt totā p̄tatem in cōpromissarios transferre ut in. c. cām. & in. c. i. causis. s. eo. cū si. ita et fortius debet posse cōicare p̄tatem aliquibus ut vna cū eis coeligat̄ dixit t̄m hic p̄po. nō. verbum q̄ ad h̄ ut extraneis cōicet̄ istud ius eligendi optet q̄ omnes electores p̄sentiant. v̄nō vno discrepante non potest aliquis admitti ut habeat vocem in caplo. q̄ interest cuiuslibz ne forinseci admittant̄ cum ex hoc diminuat̄ cuiusq̄ p̄tēs. p̄ hoc fac̄ iste tex. in v̄. mutuo p̄sensu ad idem facit. c. qz. p̄pter. j. eo. et. s. eo. c. in causis. vbi le. & nō. q̄ nec p̄promissum p̄t fieri nisi omnes electores p̄sentiant. v̄nde vno p̄tradcente impedit̄ p̄promissum. q̄ sit p̄iudicium cuiuslibz singulariter ex translatione p̄tatis in compromissarios et ex h̄ collige q̄ maior p̄s vniuersitatis non p̄t aliquid

statuere in preiudicium iuris singulorum. Dicit tñ ppo. qd maior pars posset innita minori parte aliquos admittere ad pfulendum licet non quo ad eligendū ar. i. c. obeuntibus. lxiij. di. nam p hoc non fit preiudicium alicui. imo iura consolant vt adhibeant pfularij. vt. d. c. obeuntibus. et hec bene nō. nam non solum pcedit in actu electionis. s. etiam in alijs explicandis per quā libet vniuersitatē secularem vel ecclesiasticam militat eñ semp ratio palle. Et ex hoc etiam inferē qd in pello generali possunt plati de iure hñtes vocem decusnam admittere simplices clericos alias voces nō habētes Sed vtrum possint admittere aliquibus discrepanti bus distingue vt. s. dictum est. vnde puto qd quilibet natio p se posset aliquos admittere ad pfulendum vt decidendum fm distinctionem pdictam. et qui sunt de iure hñtes vocem decusnam vel pfuluam in cōcilio generali dicam plenius in. c. graue. j. de pben. in lect.

¶ Qd qd in electōe patriarche vel epi prepositi et alijs prelati ecclesiaz puenialium non hñtes vocem pnt admitti de gratia vt hic. Et in eo qd iste tex. ponit ppo sitos et prelatos ecclesiaz puenialium vt distinctos colligit qd tex. iste loquit. de prepositis nō habentibus collegium sub se alias essent prelati ecclesiaz conuenialium nec diuersificarent a prelati. vnde pnt iste tex tus intelligi de prepositis qui solent esse in ecclesijs cathedr. alijs habentibus ibi simplicē dignitates vel psonatum seu beneficium simplex. put cōsuetudo varia viget in diuersis ecclesijs. Et ex hoc intellectu et ex tex. nō. qd prepositi qui alias non sunt canonici non habent de iure vocem in capitulo. soli eñ hñtes ius canonicū faciunt capitulū et vnum corpus cum epi scopo. vt in. c. nouit. et in. c. quanto. de his que fi. a p. la. dixi in. c. ij. de insti. nisi aliud habeat cōsuetudo. vt le. et nō. in. c. cum olim. de re. indi. ¶ Qd ibi et duo alijs qd plures electores possunt constituere vnum vel duos pcuratores qui habebūt tot voces quot sunt voces cōstituentium. vñ pnt vnus pcurator habere. x. voces vel plures si tot electores sustinet vices. et idem dicendum in concilio generali vel pueniali. pnt eñ ex causa constitui pcuratores p absentibus. vt dicam i. d. c. grauen. ¶ Qd ibi totqz tunc tps rē. qd vbi diuersa corpora cōiungunt in vnum ad aliquem actum explicandum nō vt diuersē vniuersitates sed vt faciunt vnu corpus computant voces p capita et non fm corpora. et in hoc bene tene menti istū tex. hic eñ pueniebāt tria corpora erat eñ caplz p se. item vniuersitas plator. ecclesiaz cōuenialiu et prepositi. et tñ ad validitatem electionis nō requirit maior pars corporum s. considerat numerus singulorum. qd non cōtingit ex alio. nisi quia non cōueniant vt diuersa corpora s. vt faciāt in hoc actu vnu corpus sile cū cōueniant hoies diuersorum officior. vigo

re alicuius statuti ad aliquid explicandum nā si cōueniūt in illo actu vt vnu corpus satis est habere maiorē partem singularum licet non cōueniat maior pars iporum corporum. secus dic qd diuersa corpora cōueniant ad aliquē actū explicandum tanqz corpora diuersa non aut vt faciāt tunc vnu corpus nam ad validitatem actus nō suffic tūc maior pars singulorum s. oportet qd cōueniat maior pars iporum corporum vt si sūt tria corpora cōueniat saltem maior pars duorum corporum. pro hoc vide bo. tex. iuncta glo. in. c. pastoralis. i. mō. de ryp. et quod ibi dixi iō notāter dixit hic Jo. an. qd si electio spectaret ad certū platum p tertia pte et ad caplm. p alia tertia pte et ad clez. cū tatis p reliqua tertia pte nō sufficit ad validitatem electionis qd electus habeat totū clez. et minorē partē capituli licet ipi sint plures numero. et quia in hoc exemplo nō cōcurrit nisi vna vox. qz clerus totus nō habz nisi vñ vocem. caplm. vero aliam s. non potest dici capitulum vbi non est maior pars. vt in. c. i. de his que fi. a ma. par. ca. Item si platus et maior pars capli eligeret vnu et clerus cū reliqz pte capli eligeret aliu. v. l. electio facta a plato et a maiori pte capli licet in numero psonar. isti essent pauciores alij. qz vt pdixi hic hē respectus ad corpora et nō ad capita psonar. Jdē dicēdū hodie in pello generali. nā pcedit p nationes. et sic per corpora nō autp capita. optet eñ ad validitatem actus qd concurrat maior pars nationū. licet forte in maiori parte nationū essent pauciores numero. vt quia forte alie nationes dissentientes sunt plures in numero psonar. et hec bene nō. Ex varijs autem circūstantijs poterit pphendi an isti pueniāt vt diuersa corpora aut vt faciēs vnu corpus. si eñ dantur voces in vnum non pnt dici nisi vt conueniant tanqz vnu corpus. ¶ Nota et tene menti sup istum tex. quo ad pncipalem sui materiam qd vbi pcurant electō et postulatō in eadem ecclesia data idoneitate electi et postulati pferatur postulatō si est facta a duplo maiori pte capituli. alias pferatur electio licet non sit facta a maiori pte capli et dicitur facta a duplo maiori pte qñ est facta a duabus ptil. capli vt puta si ex. xxx. canonicis. xx. postulat. et. x. eligunt vñ si requiritur excc. vltra duas ptes. et ista vba maior pars duplo alibi declaratur vt repositat duas ptes totū. vt habetur in simili in. c. licet. s. eo. et in. c. indemnitatez. j. eo. li. vi. tenet. Jo. an. i. c. si qñ. j. eo. li. vi. in nouella et sentit Inno. hic. quare aut pferatur hec electō facta a minori pte capli ptra. c. quia ppter. j. eo. dicam statim capi glo. ¶ Nota ibi postulationem admittas iuncto tex. ibi et electōez pfirmes. vnam vñ inter electionem et postulationem nam postulatio non cōfirmat sed admittitur. et hec admissio habet qñ vim electionis et pfirmationis s. electio pfirmatur. diuersitatis ratio qz postulatō nō fitur gñe nec p eā iniatur. in matrimonio

spuale est quidam precum correctio apud principem
 ut de postulato pvideat. ut dixi in. c. i. et sup rubrica
 de post. pl. sed p electoz initiat mñionuz spuale ut i. c.
 cum inter canonicos .s. eo. et in. c. si. de transla. pla.
 et acquiritur ius electo. ut nō. glo. in. c. quanto lxiiij.
 di. nam electores consentiunt in electum tanq̄ in spō
 sum non sic faciunt postulantes. quia postulatio sit d
 eo qui iure cōi. ppter aliqd̄ impedimentū nō pōt ecclē
 sia p̄fici. de quo vide qd̄ plene dixi in. c. si. de postu. p̄
 la. ubi plene dixi qui debeant eligi et qui debeant po
 stulari. Nō ibiūm archiep̄m absolvas. rē. p̄tica q̄
 hodie seruatur in curia romana in translatōe ep̄oz. nā
 p̄mo absoluitur a vinculo ecclēsie sue cui mñionaliter ē
 obligatus vj. q. i. sicut. et postea p̄ficatur ecclēsie ad q̄
 transfertur simile habetur in. c. bone. ij. de postu. pla. et
 i. c. p̄ translatōz. de renū. et hec p̄tica ē de iure. ut nō.
 Jo. an. in regula qd̄ alicui grōse. in mercu. nō em̄ po
 test de iure alteri ecclēsie p̄ficari remanente p̄ori vinculo
 quia sicut p̄ngatus nō potest consentire in scd̄am vx
 orem nisi absoluitur a p̄ma ita nec ep̄s p̄sentire in se
 cumdam p̄ngem spuale nisi absoluitur a p̄ma. p hoc
 d. c. sicut. vj. q. i. r. c. nisi cū p̄dem. de renū. dicerem
 tamē qd̄ alio non exp̄sso transferendo papa vnū ep̄m
 ad alium ep̄iscopatū tacite videtur ip̄m absoluerē a p̄
 ori vinculo nisi aliud exp̄mat ar. bo. i. l. illud. ff. de ac
 qui. here. et in. c. cum renunciatur. xxxij. q. i. tenet gl.
 quam nō. in. c. relatio. xxi. q. i. alia q̄ possent colligi
 ex reliqua parte. c. exaiabo plenius sup glo. ideo plu
 ra hic non colligo. In glo. i. ibi sine aliquo inter
 uallo. nō. singulariter istam glo. iūcto tex. q̄ confessio
 pcuratoris potest in p̄tinenti reuocari per dominum
 aliter de errore p̄fessionis non docto. idem dic in p̄f
 sione. p̄p̄ia. ut habes glo. nō. et menti tenendam i. c.
 si. de iur̄. li. vi. in vj. iusta. et in. c. si apud. xxxij. q. i.
 ex intervallo aut non potest reuocari p̄fessio p̄p̄ia aut
 pcuratoris nisi doceatur de errore de quo dicendum
 ut in. c. si. de p̄f. et sic alio modo potest intelligi ista
 littera q̄ fuit reuocata ex intervallo docto. tñ de errore
 Sed op. extra glo. videt̄ em̄ qd̄ sufficiebat instrū
 ad fundandam intentōnem postulātium. habet enim
 parem vim cum testibus ut in. c. cum Jo. de si. instru.
 et in. l. in exercēdis. l. e. ti. So. multiplex datur h̄ p
 doc. nam p̄mo potest intelligi qd̄ istud instrū non erat
 originale s̄ transumptū sine debita solēnitare. sic nō
 faciebat fidem. ut in. c. i. de si. instru. que solutio mihi
 non placet p̄ tex. ibi publicum instrumentum vel scd̄o
 forte ex alia pte eligentium aliquo canonicam obijcie
 batur contra illd̄ vel terciō licet per instrū p̄staret de
 numero postulantium. non tamen p̄stabat an p̄positi
 et p̄lati fuissent admissi ad eligēdū mutuo p̄sensu electi
 nec et postulati nec de fructijs eligentium merito pap̄

non obstantz illo instrumento commisit causam prout
 habet i. tex. In glo. in. v. p̄sensit in si. intellige istā glo.
 scdm̄ ea que dicet̄ in glo. in vbo p̄firmes. nā glo. b̄ di
 xit ista vba sequēdo opi. suā qd̄ ista decre. p̄tineat quan
 dam spālem puisionem. et non ius p̄mune. s̄ ta dic vt
 dicet̄ in pall. glo. Glo. in vbo p̄ alias in si. gl. sen
 tit qd̄ isti tres erāt impediti ideo potuerūt pcuratores
 cōstituire. Boff. dicit h̄ nō. qd̄ duplicē grām capituluz
 fecit istis extraneis. primo qz admissit eos ad eligē
 dum. scd̄o vt possint p̄ alios interesse. et idem sentit h̄
 Inno. dices qd̄ sicut impeditus pōt de iure pcuratorē
 p̄stituire. ut in. c. qz ppter. j. eo. ita nō impeditus con
 sentiētibz electoribus ut h̄ et tene in h̄ semper menti
 istum tex. iūcto dicto Inno. et gof. qd̄ electores p̄nt fa
 cere grām vt nō impeditus p̄stuat pcuratorem. facit
 qd̄ in simili nō. Jo. an. in regula qd̄ alicui i mercu. vbi
 tenet qd̄ licet inuito collegio nō possit quis cōstituire
 pcuratorē nisi aliq̄ue de ipso collegio tñ potest caplin
 cōsentire vt p̄stuat extraneū. Quid aut̄ vbi nō est ser
 uanda forma. c. qz ppter. vide qd̄ dixi post Jo. an. in
 c. cōstitutus. j. de appel. In gl. in. v. duo. ibi singula
 riter. p quolibet vult dicere qd̄ habebāt isti pcuratores
 tot voces quot erant p̄lati q̄ erant. xvi. fm glo. et idō
 dixit qd̄ erant. xvi. quia ex quo electus habebat. xvi. ca
 nonicos electores et postulantes habebāt. ix. canoni
 cos. vj. p̄positos et oēs prelatos nō poterat h̄re duas
 ptes nisi p̄lati ad minus fuissent. xvi. qz. vj. p̄positi
 et. ix. canonici cōstituunt xvi. vñ ad faciendū. xxxij. vo
 ces requirant alie. xvi. et hec cōputatio facit. p. j. dicen
 dis. In glo. in. v. totqz tunc in si. nō h̄n istam glo.
 quas sequantur cōiter doct. et maxime boffi. qui dixit
 qd̄ in his que cōpetūt p̄lati rōne cōsuetudinis maxime
 contra ius inducie nō succedit caplin sede vacante se
 cus in his que cōpetunt de iure cōi quo casu loquant̄
 cōtraria alle. in glo. et idem dic de his que p̄petūt p̄la
 to alio iure spāli. nam nec in illis succedit caplin. ut in
 c. venū. de fo. ppe. et vide qd̄ ibi dixi et tene menti in h̄
 istū tex. iuncta glo. vt si aliqd̄ grōse cōcedit p̄lato illud
 nō transeat in caplin sede vacante. In glo. in verbo
 duplo maiorē ibi nisi due ptes nō glo. nā tacite expo
 nit tex. in eo qd̄ facit mentionē de numero duplo maio
 ri. nā dicitur duplo maior qm̄ cōcurrunt p̄ illa pte due
 ptes vniuersitatis. vt. s. dixi. et d̄ materia huius dic vt
 statim dicam in glo. se. et in si. glo. et de h̄ vide bo. tex.
 in. c. si. qm̄. j. e. li. vi. In glo. in vbo p̄firmes. hec gl.
 concludit in effectu qd̄ hec decre. in duobus non conti
 neat ius s̄ quandam puisionem pape spālem que de
 bebat sortiri effectum ex consensu p̄tium dūtaxat. p̄i
 mo in eo qd̄ electio hic facta non a maiori parte capita
 li confirmat̄ quando postulatio nō fuit facta a duabz
 p̄tibus scd̄o in eo qd̄ hic postulatio videtur admitti

de iure coi. nam postulatio semper initit gratie etiam si
sit facta ab omnibus vel a duabus partibus. vi. le. 7. no.
in. c. pe. de postu. pla. et hanc tenuit qui. na. Sed
contra hanc intellectum facit tex. s. in pbenio. ubi dicitur
q. hec compilatio fuit facta refectis omnibus super-
fluis s. si non contineret ius commune et q. sensus partium
solum adhibet hic quo ad decisionem non quo ad modum
decidendi. et ad ptraia quibus cauet non valere elec-
tionem nisi fieret a maiori parte capli videt Zimmo. q.
illa regula non pcedit qm electio pcurat cum postula-
tione tunc enim seruare debet qd hic dicit q. si postulatio
non sit celebrata a duabus partibus debet pfirmari ele-
ctio facta a maiori parte q. tertia pte. Ad p. dicit et se-
cundo fm cum q. regula ista no. fallit hic. quia iura co-
traria dum dicunt de maiori et saniori parte electio et
debet exponi. p. l. quasi sentiat sufficere ad validitat. in
electionis q. fiat a saniori parte licet no. a maiora nume-
o. hoc tñ vltimū pmutiter no. recipit quia cum iura re-
quirat pmutiter illa duo copulatiue esset in p. p. et
extorquere lram exponere et. p. id est. pro hoc adduco
tex. singularē in. c. ecclesia. el. i. 7. eo. ubi int. n. requirit
maior pars respectu numeri q. non valet electio facta
a maiori pte p. t. compatiōne minorū s. debet fieri a
maiori parte totius capli. ad idem. c. de his que si.
a ma. par. capli. 7. l. qd maior. ff. ad muni. doc. tñ se-
quunt p. m. dicit. um. Zim. ut hec decre. p. t. uent ius ho-
die obseruandū in s. libus casibus. Et ut clare habeat
materia huius. c. videamus p. mo istos q. tuos casus q.
ex p. se decidant in tex. et p. sequenter videbimus magis
dubitabiles per quos occasionē declarabit intrinsicē
materia huius. c. Primus casus ex. c. casus hic est
q. si postulatio est facta a duabus partibus data ido-
neitate p. sone postulati et seruata forma debita debet
admitti postulatio et reijci electio facta a tertia vel mi-
nori parte. Et rō huius casus est. q. potentia caplaris
seu vniuersitatis p. s. i. duab' partib' vñ i tertia pte n. est
aliq. vñ caplaris. ut i. l. nulli. 7. l. plane. ff. qd cuiusq.
vniuer. no. adeo q. a p. n. p. vniuersitas p. ex duab'
partib' p. s. i. vñ in. i. vñ p. all. et dixi plene in. c. cū no-
bis. s. eo. vñ de licet postulatio sit via extraordinaria.
et electio ordinaria. tñ ex quo virtas capitularis inseq-
tur illam via extraordinariam illa est p. ferenda. et hoc
sensit glo. p. cedens post p. n. nec ob. q. postulatio imi-
tatur gratie. quia p. istum tex. non tollit in aliquo ius
superioris hic enim dicit q. superior tenet admittere postu-
lationē. vñ de poterit superior reijcere si no. vult gratiam
facere. et sic tollit p. trarium qd glo. hic formabat circa
si. vide tñ ad materiā bo. glo. in. c. cupientes. 5. pe. 7. e.
li. vi. q. dicit q. si postulatio sit ab oibus vel a duabus p-
tibus et ex cā p. ta necessitate vel vtilitate ecclie tunc po-
stulatio a gratia generali dependet de qua in. c. sedes
d. 7. p. vñ dicit iniuriam facere superior cum no. admittit

do. Si vero no. est facta a duabus partibus vel no. ex
causa tunc dependet a gratia spali et dicit ut ibi plenius
no. Sed casus qui decidit est q. si postulates no.
faciunt dupl. o. maiorem nume. u. p. fertur electio si est
facta de idoneo. et sic inuit q. electio facta a minori par-
te capli ex quo facta est a maiori tertia pte venit con-
manda. et iste est casus difficilis p. p. ter regulas iuris
resistentes de quibus. s. Sed dicit q. ratio decidendi d.
iure potuit esse quia non datus duabus partibus postu-
lantium non est ibi repire potentiam capitularem s. ali-
quid de virtute capitulari repitur nunc in parte eligen-
tium cum habeat aliquos de duabus partibus et ha-
bitio respectu quia. p. uident ipsi ecclesie p. viam ordina-
riam et meliori modo quo fieri p. t. s. p. sentiendo in electi-
onem tanq. in sponsum alijs p. sistentibus in via extraordi-
naria p. s. erenda est merito ista electio ut citius. p. uideat
ecclesie fidei. quare imputandum sit maiori parti ca-
pituli que eligit viam extraordinariam et p. s. i. in ea. tñ
negari non potest qm decisio istius casus p. ueniat coi-
bus regulis iuris. s. potuit emanasse rōnibus p. dicitis
p. fertur in fauore ecclesie ne diu remaneat sine p. s. i. o-
re. et hoc facit ad alia. 7. dicenda Tercius casus qm
postulantes faciunt duas partes s. postulates ignora-
tibus postulantibus erat indignus et tunc debet repro-
bati postulatio. quia facta de indigno et tunc debet electio
a tertia parte vel minori non debet hoc casu p. firmari
quia cum due partes postulates non sint p. uati tota
potestas capitularis non remanet in eis ut in. d. l. nul-
li. 7. l. plane. Quartus casus est quando oēs postu-
lantes aut maior pars postulauit scienter indignum et
electus a tertia parte est idoneus et tunc debet electio
p. firmari. ut hic in. si. l. e. et istius casus est difficile vide-
causam quare p. firmatur electio facta a tertia pte vel mi-
nori. cum ut. s. dixi in tertia parte non est aliqua potē-
tia capitularis. Glo. si. quā multi non habent que
est sup. v. rō p. firmes. sentit et bene iudicio meo q. rō
p. firmat hoc casu electio. quia repitur facta a maiori p-
te illoz qui habebant ius eligendi. vide Zimmo. hic et li-
cet hoc expresse no. colligat ex litera cum tex. in hoc n.
reddat rōnem. colligitur tñ tacite ex computatōe quā
supra feci. nam electores erant. xvi. et potuerūt i. igno-
rantes postulates ad plures erant. xxxij. maiori parte
postulantium postulates scienter indignū non potue-
runt ignorantes esse vltra. xv. quia ad minus. xvij. po-
stularunt scienter indignum et licet ipi fecissent maio-
rem partem ex. xxxij. repitur ergo hoc casu electio fa-
cta a maiori parte omnium qui habebant ius eligendi.
quia postulates scienter indignū sunt p. uati ut in.
c. s. de postu. pla. remanet ergo tota potestas p. nes
alios ex quibus electores erant plures numero cum
essent. xvi. vñ de decisio huius casus p. uenit p. munit'
regulis iuris. Sed de. i. um est et sit iste vnus casus vñ

De electio.

tra tex. maior pars duarum partium postulantiū postu-
lavit scienter indignum. Et illi qui postulaverunt ignorā-
ter sunt plures numero quā eligentes pone exemplū ex
tra terminos lre qd ex. xij. qui erāt in caplo dū eligēt
x. postulaverunt indignum ex quibus maior pars scie-
ter postulavit ita qd ignorantēs saltem erant quattuor
qui sunt numero plures quā duo qui eligerunt nunquā
lito casu debeat pfirmari electio ex quo postulatio fuit
facta a duabus partibus et maior pars postulavit scien-
ter indignum. Inno. dicit qd isto casu sunt reprobāde
electio et postulatio. cum electio non sit facta a maiori
parte habentium vel fm eum p̄t dici qd abiecta sub-
tilitate standum sit simpliciter verbis huius lre. quasi
dicat qd sit electio pfirmanda cum tex. hic simpliciter
dicat electionem pfirmendam cum maior pars postu-
lantium postulavit scienter indignum. quod tñ videt ab-
surdum fm p̄post. quia sequeretur fm istum vltimum in-
tellectum qd si ex. xl. postulantes unus solus elegit
et. xxi. postulasset scienter indignum qd electio vni-
pfirmaretur in p̄iudicium. xxi. qui postulaverunt igno-
rante indignum. potest tñ dici fm eum qd tñc ignorā-
tes faciunt electionē reijci cum p̄stuant numerum et u-
plum maiorem respectu eligentium. et ita recitādo trā-
sivit simpliciter Jo. an. Do. an. videtur velle non curā-
dum qd electores hoc casu sint pauciores numero. qd
ex quo maior pars postulantiū peccavit. potestas eis
accrevit omnibus tam ignoranter postulantibus quā eli-
gentibus. et sic electores sunt ultra tertiam partem habi-
to respectu ad potestatem que eis accrevit. Adverte
quia hoc esset extendere fm casum predictum ut ele-
ctio semp̄ preferat quā postulantē non p̄stuant duas
partes qd etiā sentit p̄po. p̄ p̄fecto nullo iur̄ p̄bat. nā
iste tex. fundavit se sup̄ maiori parte scienter postulan-
tium indignum habendo respectū ad p̄putationem. s.
factam. quia electores remanebant plures numero re-
spectu omnium apud quos residet potestas. ideo debet
electio pfirmari p̄ p̄munes regulas iuris que nolūt ne
qd electionem neqz alia vniuersitatis negocia habere
vni et effectus nisi explicentur a maiori parte nec ob-
id quod dictum fuit in secōdo casu quia cum ille sit exor-
bitans a iure non debet ad alios casus trahi vbi saltem
non est eiodē eadem ratio. quia aliter nō debet ius cor-
rectum extendi ut in. l. que p̄tra. ff. de legi. et per glo. i.
c. i. de temp. or. li. vi. p̄cedit em̄ casus secundus quan-
do a principio postulatio non fuit facta a duabus par-
tibus. Et quando postulatio fit a principio a duabus p-
tibus. l. iuris fictione illi qd postulantē scienter indignū
non debent computari in numero tñ negari nō potest
quin in facto in parte postulantiū cōcurrant one p-
tes ideo non debet admitti electio facta a tertia parte
cum habeant in oppositum p̄traditionem duarum par-

tium saltem in facto. nam in multis casibus iuris p̄si-
deratur numerus in solo facto p̄sistens licet nō sic quo
ad iuris effectum. ut p̄batur in de. quod circa de elec.
et in. c. indemnitate. §. ij. eo. ti. li. vi. merito aliud de-
bet esse in electione quādo rep̄itur facta a maiori tertia
parte habito respectu ad omnes de vniuersitate qd po-
stularunt quā quando est facta a maiori tertia parte fi-
ctione iuris et non quo ad verum numerum. et hanc par-
tem sentit Jo. cal. hic dicit et bene iudicio meo qd nū-
quā electio facta a maiori parte capituli debet pfirmari
nisi quando concurrit cum postulatione que a p̄nci-
pio non fuit facta a duabus partibus numero. Ex
hoc etiam inferē ad. vi. casum satis etiam dabitabiles
pone qd postulatio fuit facta a duabus partibus minor
pars postulavit scienter indignum maior vero ignorā-
ter nunquid electio sit pfirmanda iste tex. videtur taci-
te a p̄trario innuere qd non. quia dicit electionem p̄fir-
mandam quando maior pars postulantiū postula-
uit scienter indignum secus si minor pars postulavit
scienter indignum et istud ar. a contrario sensu. optime
potest procedere quando maior pars ignorans facit du-
as partes eligentium. puta si ex. xij. habentibus ius eli-
gendi duo seu tres postulantē scienter alij numero. vñ
postulantē ignoranter hoc casu non est equū qd cōfir-
metur electio duorum cum remaneant circa ignorātes
duo partes respectu eligentium. Sed dubium est
quid si ignorantes non faciant duas partes respectu
eligentium nunquid debeat electio cōfirmari dicit Jo.
an. posse dici qd sic per id quod dicitur in casu secundo
nam vbi postulatio non fuit facta cō de idoneo a duabus
partibus preferat electio ut ibi. ergo potius preferen-
da est hoc casu electio cum postulatio sit facta de indi-
gno nec rep̄iatur facta a duabus partibus cum non
debeant computari in numero illi qui scienter postula-
runt. Vel potest dici scōm cum standum esse simplici-
ter verbis huius lre cum non distinguat sed simpli-
citer innuat qd ex quo minor pars tantum deliquit nō
est electio confirmanda. et pro hoc facit quod nō. In-
no. et compo. qui dixerunt p̄vatos computandos in
illa electione ex quo p̄vatiōem incurrunt quasi dicat
iuris esse qd ista postulatio fuerit facta a duabus parti-
bus. Et certe ista p̄sideratio nō est bona quia si isti p̄vati
p̄putarent in numero ad effectum rep̄elendi electōem
factam a tertia parte eodem modo et pari rōne deberent
p̄putari in numero quā maior pars postulavit scienter in-
dignum. et tamen hoc est fallum quia p̄vales electio fa-
cta a tertia. ex quo maior pars postulavit scienter indignū
ut est i. tex. Inno. an. p̄ d̄meritū rōne habuit vñ. p̄vide-
r. nonē satis debile iudicio meo. dixit ei qd quā minor pars
duarum partium postulantiū postulavit scienter indignum po-
testas istoz accrevit alijs qui postulaverunt ignorā-

quia ibi reperitur potentia capitularis merito reijcitur
etiam electio quia reperitur solum facta a tertia parte. Et
quoniam delinquit maior pars postulantiu tunc potestas illorum
accrescit propter omnibus tam ignoranter postulanti-
bus eligentibus cum non reperitur potentia capitularis
in alia parte tamen. ex quo maior pars delinquit. unde electio
virtute potestatis supuenientis ex delicto aliorum reperitur fa-
cta a maiori tertia parte. et hec est sua intentio licet per
verba magis obscure. placet sicut dixi non placet mihi hec
consideratio. quia cum omnes sint in capitulo et eodem pre-
textu eligunt seu postulant non apparet ratio quare potestas de-
linquentium non accrescat omnibus simul in omni casu pre-
sertim quoniam potestas saltem per momentu fuit pronunciata postula-
tio nam illico potestas accrescit alijs non delinquentibus iux-
ta non. in. c. congregato. et ideo dicitur ut etiam sen-
sit hic cal. quod electio nunquam est confirmanda nisi sit facta
a maiori parte omnium qui non delinquerunt unde si ignorantes
qui postulant remaneant plures numero quam sunt eli-
gentes debet reprobari electio et postulatio licet igno-
rantes non constituant duas partes. nec ob. quod habet in se-
cundo casu. quia ut dixi cum exorbitat a iure non debet
extendi sed solum preceedit quoniam a principio computat omni-
bus vocibus postulatio non fuit facta a duabus partibus
et tunc electio facta a maiori tertia parte que est vere
maior tertia non solum quo ad iuris effectum sed etiam quo
ad factum nisi a maiori parte capituli seu habentium ius ca-
pitulandi. debet enim restringi ius novu quantum fieri potest
ut minus corrigat omnes iuris regulas quam fieri possit ut
in regula odia. de reg. in. li. vi. et in. l. precipuus. in fi.
c. et materia. In glo. in verbo presumptio. in fi. tunc
menti hanc glo. quod approbatus ad dignitate episcopale
lem non per hoc censetur approbatus ad archiepiscopalem i ma-
iorem. Et sic habes ex glo. quod maior idoneitas requi-
ritur in archiepiscopo vel patriarcha quam in episcopo. per hoc quia ista
habent ampliore iurisdictionem. cum archiepiscopus habeat
sub se plures episcopos patriarcha habet sub se plu-
res prouincias. et sic plures episcopos et archiepiscopos. episcopus autem
solum preest dioecesi. et ubi maior imminet cura ibi maior ido-
neitas requiritur. ar. in. c. cum in concilio in pn. s. eo. et in. c.
cum sit ars artium. de eta. et qli. et per hoc opti. gl. vide quod
non. In. in. c. venerabilis. s. excep. ubi dicitur quod approbat
ad aliqd intelligit approbat ad illud ubi eadem requirit
idoneitas personarum. secus ubi maior. ad idem vide quod
habetur in fili in l. relegatoz i fi. ff. de interdic. et releg.
Uel solue secundo extra gl. sicut dicitur. quia potuit iste episcopus effi-
ci indignus post promotionem ad episcopatum. Ex quo nota quod
promouendus ad aliam dignitatem etiam consimilem
priori debet exari propter indignitatem quam potuit supue-
nire ex post facto. nam ut dicit psalmista. Ex adipe. p-
cedit iniquitas. et vide pulcrum tex. hieronimi contra

prelatos qui assunt dignitate in. c. ecclesiarum princeps.
xxv. di. vel tercio ubi cumque ad hunc seu unum gradum cum
possit opponi exceptio debet fieri exaratio sicut dicitur.
et non has solutiones. quia faciunt ad multa res.

Si illi ad quos spectat electio

E pro defectu. negligunt eligere prelatu cathedralis vel regu-
laris ecclesie infra tres menses proximos superior ecciam
ordinabit quod si infra alios tres menses non fecerit cano-
nice punietur hoc. d. Et primo ponit constitutionis cau-
sa. Secundo constitutio. ibi statuimus. Et hec sicut quatuor
facit. nam primo statuit tempus electioni. secundo preuat ne-
gligentes ibi. et quod. tercio ad superiore de voluit ibi hac
ipsa. quarto punit superiore ibi si negligit ibi vero.

Nota primo quod prelatu ecclesie comparat pastori. dicitur
autem suppo rapaci. iste enim conat deuorare et inuadere
gregem domini. prelatu autem tenet pascere. s. spiritualiter. iuxta
illud euangelicum. pascite oues meas. s. eo. c. significat
sibi. et de multis nominibus demonum non. s. de sum. tri. ca.

Nota secundo duo mala que contingunt ex defectu pa-
storis. imminet periculum animabus et ecclesie circa facultates
suarum. Nota tercio ibi ecclesia viduata. quod ecclesia
carens pastore dicitur vidua per hoc. c. ij. de transla. p-
la. nam et mulier dicitur vidua cuius maritus mortuus est
ut in. c. vidua. xxxiiij. di. si autem non habet viru dicitur
vacans sicut in. Jo. an. alle. glo. in. c. pe. xij. di. Sed
tu dicit et melius quod vacans capitulatur per vidua. ita expo-
nit glo. in. l. qui cetera. ff. ad. l. iuliana. de vi. pu. ubi multi-
er que nunquam habuit maritum ex etimologia vo-
cabuli potest appellari vidua dicitur enim vidua quasi si-
ne viduitate. sicut vecors sine corde. ut dicitur rex. in. l.
malum. in. s. vidua. ff. de verbo. signifi. sed ex comuni
usu loquendi solum appellatur vidua. cuius maritus mor-
tuus est. sic intellige dictum. c. vidua. unde si hodie in
aliquo statuto fieret mentio de viduis intelligerem de
relictis mortuis maritis. quia communis usus loquen-
di in omni dispositione prefertur proprie significatio-
ni vocabuli. ut in. l. librorum. s. quod tamen cassius
ff. de. l. ij. et in. l. cum de demonio. in. s. asinum. ff. de
fun. instruc. non. bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. et
iure. et vide bonam glo. in. c. nonnulli. de rescrip. et
quod ibi dixi. et facit. c. ex literis. de spon. Nota in
verbo statuimus. et tunc semper menti quod trimestre te-
pus ad eligendum seu promouendum solum huius loci quod
ad prelatum ecclesie cathedralis vel regularis. in alijs
vero prelatibus quorumcumque ecclesiarum vel digni-
tatum datur semestre et in eis habet locum. ca. ij. de
concess. preben. nam quia maius est periculum in ec-
clesijs cathedralibus et regularibus cum ipsarum ec-
clesiarum prelati sint veri pastores fuit necesse citius occurrere
vacationi et deputare tempus ad provisionem faciendum

De electio.

Nota ibi iusto impedimento cessante, q̄ tempus p̄fixum electōni nō currit impeditis, vñ p̄cludunt doc. hic et bene p̄ istam tex. q̄ non est opus petere restitutionē in integrū si impedimentū durauit ultra tres mēses, vñ relecta distinctōe quāndā cōiter tenet q̄ siue impedimentum pueniat a principio siue post inchoatum trimestre semp̄ impedit causam tēpis et p̄ hoc facit. c. quia diuersitatem. f. de p̄ces. p̄ben. vbi idem p̄bat in tēpore p̄fixo ad p̄ferendum. Quid aut̄ in tempore statuto patrono ad p̄ntandum nunquid currit ip̄i patrono impedito vel ignoranti. dic vt dixi in. c. h. et. c. cū p̄pter. de iurepa. Nota ibi deuolutio. q̄ negligentes eligere infra trimestre p̄uant ip̄o facto potestate eligendi p̄ ea vice. vñ hic nō requirit aliqua iura sed ex iuris dispositōne fit ip̄o facto hec deuolutio. pro hoc. c. quamq̄. eo. ti. li. vi. Et per hoc dixerūt hic doc. et bene q̄ si elapso trimestri electores eligant et superior ad quē facta est deuolutio ip̄a electōne nō cassata alium digni nō valet electio facta p̄ electores et est nulla post deuolutōis potestatis ad superiorem. p̄ quo videt̄ tex. in. c. h. d. sup. lei. negl. p̄la. et facit. c. licet. eo. ti. secus esset si nō dicit̄ p̄uati f̄ p̄uandi p̄ suam valeret tñ electio attemptata an̄ iniam p̄uatiuā. vt dicit̄ f. c. p̄xi. Nota ibi ad eam qui p̄ximo tē. q̄ in ecclesia etiam cathedrali sit deuolutio in casu negligentie potestatis p̄uidendi. non ad papam. f̄ ad p̄ximū superiorem. olim aut̄ fiebat deuolutio ad papā in ecclesia cathedrali. vt in. c. dilectu. s. de p̄ces. p̄ben. hodie secus vt hic. q̄ tñ restringitur ad casum negligentie. in alijs aut̄ casibus fit deuolutio ad papā vt in. d. c. quamq̄ vbi bo. tex. Nota ibi ultra tres menses q̄ tñ tempus habet superior ad quē fit potestatis deuolutio quantum habent p̄mi electores. et idē obseruat̄ in semel p̄fixo in p̄uisionibus aliar̄ ecclesiarum. vt in. d. c. licet. de sup. neg. p̄cia. nam subrogatus debet censerī eodem iure cum alio in causis locum subrogat̄ hinc est q̄ tenet eligere de illa ecclesia et hōmines illius qualitatis sicut tenebant eligere p̄mi electores. vt est tex. nō. in. c. i. de sup. neg. p̄la. et facit̄ tex. hic in v̄bo de p̄sona idonea ipsius quidem ecclesie tē vide sicut p̄mi electores debent eligere p̄latum de gremio ipsius ecclesie si ibidem reperiat̄ idoneus. vt in. c. nullus. lxi. di. et in. c. q̄ sit. xvij. q. iij. legem et nō. s. c. cū inter canonicos. ita et superior ad quē fit deuolutio vñ h̄ Nota ultimo ibi canonicē ordiare. q̄ superior ad quē fit deuolutio nō tenet p̄cise eligere sicut p̄mi electores f̄ p̄t p̄uidere ecclesie de pastore. et sic p̄cedere p̄ viam p̄uisionis p̄uidendo tñ eligit et p̄firmat. habet enim iste superior electōnem iure deuoluto et p̄firmatōnem iure proprio. vnde ex quo in cū sunt iste p̄tates p̄t eas expellere vnico actu nam p̄uio habet vim electionis et p̄firmatōnis. vt nō. Inno. in. c. cum olim. de causa

placiter reddat illum inhabilem et nullam mentionem faciat de dispensatione ad hoc. c. dilectus. f. de temp. or. et quod dixi in. c. quisquis. s. eo. Et per illum tex. dicto. §. dico esse sopitam questionem cōpo. hic in co- qz querebatur an iste qui detinuit iniuste plura benefi- cia possit eligi scilicet ad inferiorē dignitatem. et qz quidam dicebant qz sic. quia hoc solum cauetur de epī- scopo in quo requiritur maior perfectio sed ipse cōpo. tenuit contrarium. sed vt dixi hodie in terminis littere iste redditur inhabilis ad quecumqz ecclesiastica bene- ficia sed questio glo. potest procedere z esse utilis quo ad alia crimina. nunquid scilicet criminofus tempore electionis vel antea possit eligi in prelaturam maxime episcopum. Circa quā questionem varie sunt opi- ita vt non appareat que sit cōmunior. et plurimum in- tricate procedunt hic doc. sed tu vide bonam glo. in. c. si. xxv. di. z tex. nota. ibi qui dicit qz promouendus de- bet esse sine crimine non solum tempore electōnis sed etiam postqz fuerit effectus xpianus. quia non potest de medio ecclesie malum auferre qui in simile delictū corruit vt ibi. Et vide ibidem per archid. qui videtur innuere post antiquos doct. qz rigor illius tex. sit ho- die correctus per. c. fraternitatis. xxxiij. di. Ego tamē breuiter sic dicerem qz aut tempore electōnis quis est in peccato veniali et non repellitur ab electione vel p- motione. quia nemo posset promoueri cum nullus vi- uat sine peccato. vt dicit tex. in dicto. c. i. lxxxi. di. facit tex. xxv. di. c. i. §. criminis. aut est in peccato mortali et perseverat in eo tempore electionis et tunc puto de- ctionem nō valere. moueor quia in tali peccato existēs nō dz celebrare. Est enim suspensus quo iad se. vt in. c. cotidie. de conse. di. ij. et legitur et nota. in. c. si. de coha. cleri. et muli. ergo non potest eligi in prelaturam sicut dicimus de excomunicato minori excomunicati- one qui propter rationem predictam non potest eligi vt est tex. in. c. si celebrat. de cle. ex. mi. et tamen ex. d. municatio minor que vt plurimum ptribitur per pti- cipium cum excomunicato non semp est mortale iuxta ea que dixi in. c. sacris. quod me. cā z pro predicta pclu- sione facit dictū. c. i. lxxxi. di. vbi habetur fm apostolū qz debet esse sine crimine promouendus. z crimen ap- pellatur ibi peccatum mortale cum priuet. vita eterna. vt in. §. alias ea demū. xxv. di. Et facit etiaz gl. i. c. flo- rentinū. alias incipit archidiaconum. lxxv. di. que di- cit qz iuramentū temerariū repellit quem a p- motione si ille non egit penitentiam quam glo. tene menti. aut ille non perseverat tpe electionis in peccato mortali. et tunc aut pmissit delictum manifeste z notorie. z non va- let electio nisi prius fuerit dispensatum. quia non pōt taliter delinquens exercere ordinem sine dispensatōe vt pbatur in. c. si. d. temp. or. puto tamen qz in hoc suf- ficiat dispensatio proprij episcopi. ad hoc quod nota.

archid. in. d. c. h. et Jo. gl. ator i. c. si quis d'nceps
p. q. vj. et glo. in. c. quisquis. s. co. aut peccatu non
fuit notorium. et tunc aut est tale q' impedit ordinis
executionem etiam post peractam penitentiam vt ho-
micidium simonia in ordine et simile. et tale delictum
impedit electionem vel saltem dat causam cassandi vt
in. d. c. si. de temp. or. et quod le. et no. in. c. ex tenore.
co. ti. et vide ad hanc materiam quod no. Inno. in. d. c.
si celebrat. aut no. est tale delictu et tunc puto q' no. im-
pediat electionem post penitentiam ar. in. d. c. floren-
tinum vt in. d. c. si. de temp. or. et facit. c. h. d. d. i. o. i.
vbi patet q' petrus fuit promotus in summu pontifi-
cem postq' negavit xpm. et hoc q' egit penitentia. vñ
glo. ibi notabilis format questionem quis sit preferen-
das in promotione an is qui nunq' peccauit an ille qui
peccauit et correctus e cum xps non elegerit sanctum
Jobanem qui nunq' deliquit sed petrum qui cum ne-
gauerat et correct' fuit. et dic vt ibi et si diceres ex quo
petrus notorie grauit' deliquit quomodo potuit p-
moueri ad summu aplatum p'ra ea que. s. dicta sunt.
So. dic q' de eius correctione et penitentia aptissime
constitit. et idem fieret hodie de alijs si apertissime con-
staret de eoz p'ititione. quia omnis constitutio huma-
na cessat cessante eius causa. h. i. d. in. s. his omnib'.
sed nobis non est licitum iudicare de occultis. vt in. c.
unico. vt eccl. bendi. non presumitur ita vera peniten-
tia in alijs sicut in petro. Item in eo cessabat omne scd
dolum propter caritatem vite et miraculorum concur-
rentium In glo. in verbo in iure propositam ibi di-
cas q' si libellus r. signa istam p'iculam vsq' ad fine
et quatenus glo. dicit q' per confessionem fit contesta-
tio cum sit peius libelli oblatio. vide quod pleni' dixi
i. c. unico. de litis contesta. et quatenus glo. dicit q'
si reus confiteatur ante oblationem libelli non fit con-
testatio nec fertur tunc sententia diffinitiva. ideo hoc
dixi quia vbi non precessit p'itio non potest dici co-
testatio vt hic in tex. et vide bonum tex. et eius practi-
cam. in. l. si reus. ff. de procura. nam si vis evitare sen-
tentiam diffamatoriam vade illico post citationez et of-
feras debitum. et dic vt plenius nota. in dicta. l. si re'.
non autem potest sententia ferri. quia snia diffinitiva
non valet lit. non p'est. f. vt lit. non p'est. in rubro et ni-
gra. sed scd glo. confesso fit p'ceptum vt soluat ad cer-
tam tempus. sentit enim q' hoc cau non datur quadri-
mestre qd regulariter datur p'dennatio in actone p'lo-
nali vt in. c. quod ad consultationem. de re iudi. et te-
nuu expresse ibi dominus card. et est glo. ordi. in. l. si
debitori. ff. de iudi. et insti. de v. obli. in. s. omnis. et
vtrubiq' dicit dandum hoc casu tempus. x. diez dum
taxat. Sed tu dic illas gl. procedere ex consuetudine
nam de iure debet dari quadrimestre. vt in. l. iul. ff. de
confel. nota. bar. in dicta. l. si debitori. Et circa buc

articulum vide quod plenius dixi in dicto. c. quod ad
consultationem. et ad materiam huius glo. vide gl. i.
l. unica. L. de lit. p'esta. que videtur huic concordare
et. ij. q. i. c. nos in quonq'. et quod nota. doct. in. c. p-
uenit. c. ij. de app. et Inno. in. c. ij. d. in integrum resti-
vbi tractatur d' vrbibus istius p'cepti. an habeat vim
diffinitive circa appellacionem et alia. In glo. i. ver-
be per sedem apostolicam. in si. nota. glo. et idem no.
f. in glo. magna sed ta dic vt plenius dixi in. c. d. mul-
ta f. de p'eben. et inter cetera dicit hosti. hic no. ver-
bum q' dispensatus etiam per papam circa pluralita-
tem istorum beneficiorum sine causa licet sit tunc quo
ad ecclesiam militantem non tamen quo ad triumphan-
tem. et sic non valet dispensatio quo ad deum. ar. p. iij.
q. vij. c. illa. et facit quod nota. glo. in. c. non est f. de
voto. quicq'. Inno. videtur aliud sentire in. c. cum ad
monasterium. de sta. rega. sed primam opi. sentit Jo.
an. post beatum iho. i. d. c. de multa. vbi dixi. et habes
hanc opi. pro indubitata quando fieret dispensatio vt
dericus propter vtilitatem p'inatam obtineret plura
beneficia quorum alterum ibi sufficeret ad honestatez
viviendi. nam hoc casu non solum alteratur humani
ris dispositio. sed etiam xpi patrimoniu iniuste disper-
gitur. Cum ergo ipe papa non possit sine causa aliena-
re bona ecclesie sine graui peccato vt nota. archid. i. c.
no. liceat. p. q. ij. multo fortius non potest alteri dare
potestatem ipm patrimoniu male dispergendi et ex
hoc conuincitur motiuum Inno. cum non solum vole-
tur h' ius humanu sed pot' diuinu. vbi aut p' dispensa-
tione violaretur ius humanu tunc posset peccare co-
traria opi. ar. in. c. p'posuit. f. de p'ced. p'ben. na. de iure
positiuo tutu est q' quis no. possit obtinere nisi iuram-
curatum et q' non possit per alium deservire. tutius ta-
men est vt cessante causa quis abstineat a tali dispo-
sitione obtinenda ne anime condemnentur. cum no. pos-
sit quis pluribus officijs intendere vt in. c. q. nonnulli
et. c. h. de cleri. non res. In glo. in vbo irritam ibi
nihil valet snia. hoc dicitu intelligi i casus p'uaris.
nam i summarijs no. est necessaria lit. p'el. vt in do. le-
pe. de v. sig. et cape istam regulam et tene cam menti.
q' omnis causa regulariter est plenaria. et sic requirit
plenum ordinem iudiciarium. et hanc regulaz firmat
glo. in. l. indices. L. de iudi. sequitur bar. in extra. ad
reprimendam. in vbo de plano. et Jo. de ligas. in
d. de. sepe. sed ego allego tex. qui hoc satis bene pro-
bat in. c. qm frequenter. in prin. f. vt li. non p'el. et si-
cut etia ibi rubrum. Fallit hec regula p'ncipaliter in
duobus casibus. primus vbi quis snia modicum p'ia-
dium offert. vt in an. nisi breuiores. L. h. sen. et pi-
reci. et. xi. q. i. in. c. h. q' vt denico. q. ter. sic debet intel-
ligi. et in. l. ij. ff. ad tribuen. et. l. thesaurus. co. si. idē
si affert magnum p'indiciu eummodo sit repabile

per aliud remedium circa appellatōnem. facit. c. veniē
 .j. de testi. et plenius psequere hanc materiam vt nō.
 bar. et Jo. de lig. in locis pall. In glo. in verbo ir
 ritari. in fi. Nota bene hanc glo. que ad duo. pmo in
 eo qd dicit posse agi ptra electum ad cassationē electio
 nis per viam actōnis et exceptōnis. nam potest quis
 per viam actōnis petere electōnem irritari ex defectu
 forme vel psonē vt hic in verbo tandem. potest etiā p
 cedi p viam exceptōnis. cum. l. electus petit pfirmatōz
 vel psecratōnem. vt in. c. sup. his. .j. de accu. dicit etiā
 qd potest excipi licet non petat pfirmatō. quia electus
 saltem habet vel habere debet intentōz petendi pfir
 matōnem. et tunc exceptō est intentōis exclusio. vt nō.
 dicit Inno. in. c. cum dilecti. s. eo. et. s. terigi. facit. c. l
 .j. eo. li. vi. Secūdo nō ex fi. glo. qd idem est effectus
 quocunqz modo pcedat. et sic in isto casu exceptio
 ptra electum habet vim actōnis. et pcordat huic gl. in
 c. sup. eo. s. eo. et vide quod ibi dixi. nam pbata exce
 ptōne ptra electum cassat electio. vt in. d. c. sup. his. et
 sic habes effectum psecutiūm. et forte hoc pcedit pro
 pter periculum animar. regulariter autē exceptio habz
 vim expulsiuam non psecutiūz. vt in. c. h. in fi. de or.
 pgn. hinc dicit qd exceptio est actōnis exclusio. vt i. l.
 i. ff. de excep. In glo. in verbo de cōdenda veritate
 ibi ius nouū. dicit hosti. qd etiā iura antiqua hoc vo
 lunt. s. eo. c. cum dilecti. et de despon. impu. attestatō
 nes in fi. sed hodie dic vt habet in. c. i. de iura. calum.
 li. vi. vbi patet qd etiā in spūalibus potest excipi ho
 die iuramentū calumnie. In ea. glo. ibi sed quo iu
 re hoc faciant non vidit. hosti. dicit qd videre potuit. c.
 in pettractandis. de iure calum. et in. l. fi. de pecu. et
 l. seruos. de testi. vbi patet qd cum pcurator est vllis et
 dñs iustior potest dñs pcellī vt ipse rñdeat. et facit ho
 die tex. in. c. pñtium. .j. de testi. li. vi. vbi prelatus pstat
 in animā suam et illoz de caplo hoc iuramentum d ve
 ritate dicenda. Sicut autē ibi interrogat sine iuramē
 to. et vide ad materiam qd dixi in. c. i. pettractandis. pal
 le. In ea. glo. ibi nisi id fecisset de mandato capli.
 et. Nota glo. qd pfectio solius prelati non nocet ecclie
 nisi haberet a capitulo mandatū litigandi. Et pro h
 optime facit tex. quem glo. allegat. in. d. c. presentium
 et vide ibi bo. glo. et tene illam menti. et glo. in. ca. de
 pstantinopolitana. xxij. di. et idem nō. gl. in. c. fi. de p
 scrip. vbi formamū punctaliter istam questōnē. et vide
 quod ibi dixi. et intellige pdicta qñ prelatus habz ca
 pitulum. Si enī est solus puta quia ecclesia nō est col
 legata vel de facto non habet canonicos vel mōgros
 tunc confessio solius prelati per viam pntiose iuridī
 ctōnis emissa pūdicat ecclesie. vt pbatur in. c. dilectus
 de capel. mo. facit quod nō. glo. in. c. potuit de loca. et
 in de. vt hi qui de eta. et quali. In quibus iuribus

concludunt nō. gl. qd tantam potestatem hz solus pre
 latus quando est solus quantam habet prelatus cum
 suo caplo. Ad idem facit qd nō. glo. in de. i. de re. ec
 cle. non alie. que nō. secus dic in pfectione emissa per
 viam voluntarie iurisdictionis. vt quia sponte vadit ad
 iudiciū et pfitetur in puidiciū ecclie de quo p bar.
 in. l. certum. ff. de ptes. vbi vide. In glo. in verbo de
 pue. ibi de iure pmoni videt qd hec ptineant ad archi
 diaconum. ergo glo. male loquit. et in ptrarium est tex.
 in. c. archidiaconus. .j. de offi. or. vbi scdm pmonē itel
 lectum pbatur qd archidiaconus non potest de iure ex
 cōmunicari. que autē de iure pmoni ptineant ad archi
 diaconum vide p Jo. an. in. c. ad hec in. s. in quadam
 de offi. archi. vbi dicit qd solum fundat intentōnem suā
 super illis duobus pntis in. d. s. in alijs vero succū
 bet nisi pbet ius spale et tene menti hoc dictum. nā licz
 multa numerent in ti. de offi. archi. illa tñ attribuūtur
 scdm varias locoz puetudines. nam multa numeran
 tur ibi ppetentia alijs dignitatibus de iure pmoni

In glo. in verbo vtrūqz nō. istam glo. singulariter.
 est enī menti pmendanda. et pmo in eo qd ponit mul
 tas significatōnes huius verbi titulus. et vide etiā qd
 nō. .j. de offi. archi. in. c. fi. Et nota ex hac pte qd habi
 to respectu ad morem antiquum clerici possunt deno
 minari p titulos ecclesiar. sicut cardinales. nam ille ec
 clesie eis assignate dant in titulū alijs clericis inferio
 ribus. vt utamen ppter prerogatiuam dignitatis. vel
 officij eoz fuit ab olim pcellum vt ipsi cardinales ha
 berent iurisdictionem epalem in titulis eoz. vt i. c. is q
 .j. de ma. et obe. et ibi dixi. et vide qualiter debeant de
 nominari cardinales in. c. h. de de. non. resi. vbi plene
 tetigi in lec. Secūdo nō ex hac glo. qd quilibet cle
 ricus potest dicit maritus ecclesie sue et sic ptabit ma
 trimonium spūale inter clericum et ecclesiam inferiorem
 et pro hoc allego bo. tex. in. c. sicut in vna. xxij. q. h.
 dic tamen qd stricte solus episcopus dicit ptabere hoc
 mrimoniū cum ecclesia vt in. c. h. de transla. pla. dixi
 p Jo. an. in. c. dicit. de vi. et ho. de. large vero dicit
 ptabere hoc mrimoniū abbates et alijs prelati habē
 tes generalem iurisdictionem in loco. vt in. c. ne p de
 factu. et in. c. quia ppter. s. eo. et ibi per glo. largissime
 vero quilibet clericus inferior dicitur h mrimoniū
 ptabere cum ecclesia sua. vt in. d. c. sicut in vna. qd sic
 debet intelligi. Tercia nō ex hac glo. qd de iure cōi
 etiam beneficia simplicia nō possunt acūplari in eadē
 psona sed valet consuetudo in cōtrarium. et hodie ino
 leuit hec cōsuetudo quasi p totum orbem et pro ea vi
 de tex. iuncta glo. in. c. gratia. de rescrip. li. vi. et i. de
 gratie eo. ti. p Inno. i. c. cum iam dudum .j. de preben.

Alterius nota ex hac glo. qd epī possunt etiam ho
 die dispensare circa pluralitatem bñficior. simplicium

nisi cum predictis vt in. c. de multa. in fi. de preben.
Refert ipse quosdam p̄trarium tenere. quia beneficiuz
principis est latissime interpretandum. vt in. c. olim. d.
v. sig. et in. l. beneficium. ff. de p̄sti. p̄nci. Ego puto q̄
virtute dicte gratie non possit ep̄s dispensare nisi i cau
sa rōnabili. hoc em̄ importat verbum disp̄are. vt nō.
glo. i. q. vij. in. §. nisi i r̄gor. hinc dicit Inno. in. c. cū ad
monasterium. de statu regu. q̄ in casibus in quib⁹ ep̄i
scopis premititur dispensatio. dispensatō facta sine ra
tionabili causa est nulla vel saltem venit irritanda ⁊ ip
se ep̄s p̄sentiens. nam vbi non subest causa rōnabil
nō dicit illa dispensatio f̄ dissipatio. vt nō. in. d. c. de
multa. Et sic p̄clat q̄ qualiscunq; subit causa disp̄e
sandi dūmodo sit sufficiens poterit ep̄s virtute dicte in
dulgētie dispensare. // Ultimo hic queritur nunq̄d
petens sibi p̄videri de beneficio virtute mandati apo
stolici teneatur libellum offerre si in iudicio litigat con
tra aduersarium Inno. nōbilit̄ dicit q̄ non sed suffi
cit rescriptum offerre p̄ libello. quali in rescripto p̄tine
atur tota intentio sp̄ius accusatoris. facit in arg. c. ij. de
dilati. dicit tamen vtile esse vt detur aliqualis libelli pe
titio. et nota p̄mum dictum Inno. ad materiam vide
quod habet in cle. dispendiosam. de iudi. iuncta glo.
de sepe. de verbo. sig. per que iura p̄t dicit sufficere. q̄
in actis faciat describi. Ego talis peto mihi p̄videri p̄
ut in tali rescripto apostolico p̄ntat quod vobis pro
duco.

Adm. p̄s. p̄. mar. h. m.
In genesi Intra est electio quā col
latio nō p̄cessit vel que scā
non est a maior parte capituli vel que nō fu
it p̄mūis. hoc dicit. Et sunt due partes. prima ponit
tres cassationis causas. sc̄da cassat ibi nos. p̄ma causa
vsq; ibi nec plene. sc̄da vsq; ibi. nec etiam. ⁊ abinde ter
cia. Nota p̄mo ibi maior. q̄ ad validitatem electō
nis requiruntur ista duo copulatiue. non ergo sufficit
sanior pars nisi etiam sit maior. vide papa eo ip̄e q̄ p̄
pendit electionem istam non fuisse factam a maiori p̄
te respectu numeri noloit discutere de sanioritate. q̄ il
la per se non sufficisset et p̄cordat tex. in. c. ecclesia. s.
eo. quod est contra Inno. in. c. scriptum. et in. c. quia
propter. s. eo. nec sufficit maior pars sine sanioritate.
vt p̄bat in. c. ecclesia. s. eo. et ibi de hoc aliquid dicitur
Consulit autem maior pars in numero. sanior vero cō
sistit in zelo. et zelus in tribus sc̄z idoneitate electi ⁊ el
gentium. in auctoritate que considerat respectu digni
tatis ordinis et in tempe institutionis et in sp̄iali intē
tione et hec p̄bant in. c. dudum. el. i. s. eo. et. j. eo. eccia
vbi de hoc Nota secundo ex isto tex. iuncto. c. quia
propter. s. eo. q̄ indiffinita oratio equipollet vn̄versa
li. nam. c. quia propter. indiffinite dicit q̄ is eligatur
in quem consenserint omnes vel maior et sanior pars

capituli. Iste vero tex. referendo mentem illius p̄stitu
tionis dicit q̄ requirit maior pars totius capituli. et
sic tantum est dicere indiffinite maior pars. quantum
vn̄uersaliter maior pars totius capituli. et de hoc an
et quādo indiffinita equipollet vn̄uersali in iure vide
bonam glo. et tene menti in. c. vt circa. eo. ti. li. vi.

Nota tercio ibi nec plene. q̄ collatio numeri ⁊ zeli
et meriti debet esse plena. non em̄ fm̄ Inno. sufficit p̄
functoria collatō vel semiplena studiose facta. qualiter
autem sit fienda hec collatio. Inno. hic multam istat
Sed p̄clude breuiter post eum. q̄ aut nullam dubius
ozitur publicato serutinio. et sufficit collatio generalis
puta vt dicatur tot numero p̄senserunt in sempronius
tot in gayum Item eligentes sempronium sunt digni
ores respectu dignitatis et meriti et institutione. quia
sunt antiquiores canonici. Item sempronius est ma
gis idoneus respectu scientie etatis. et sic de singulis.
vide satis est facere istam collationem. generalem ex q̄
appareat maiorem et saniozem p̄tem p̄suisse in eligen
dum. Et vide de hac collatōne q̄ nō spe. eo. ti. §. i.
Si autē aliquod dubium ozitur puta quia dicitur ali
quos esse suspensos vel excoicatos. et sic non debere i
numero computari. vel q̄ aliquis erat absens. vide
erat vocandus vel quid simile tunc debet fieri collatio
magis stricta. Nam debet haberi tractatus ⁊ discus
sio super dubio exorto. non autem necessario recipian
tur probatōnes p̄ capitulum. nec est ferenda sententia.
quia capitulum non debet esse iudex in causa propria
Et nota hoc verbum ex quo habes q̄ si aliquod dubi
um ozitur inter maiorem partem capituli et aliquos sin
gulariter de capitulo. non potest capitulum esse iudex
L. ne quis in sua causa ius sibi dicat. l. vnica. Nec pu
to valere constitutōem capituli in p̄trarium. p. l. penl.
ff. de arbi. vbi dicit q̄ etiam ex consensu aduersarij nō
potest quis esse arbiter vel iudex in facto p̄prio. et hoc
procedit etiam si capitulum haberet alias iurisdic
tionem in singulos. sicut habet quandoq; ex consuetudi
ne. vt in. c. irrefragabili. §. excessus d̄ offi. ordi. p̄cedit
em̄ illa p̄suetudo quatenus capitulum indicat singu
los. non tamen in facto proprio. et ita intellige Inno.
hic qui dubie loquitur. vide etiam Inno. in. c. cū no
bis. s. eo. vbi dixit capitulum non habere iurisdic
tionem in singulos vt possit in eos aiaduertere si vocat
nolunt ad capitulum venire. idem dixit in. c. i. de ma. ⁊
obe. respectu antiquioris canonici qui ex consuetudie
habet potestatem congregandi capitulum. et hec nota
quia faciunt ad multa. Fiet ergo ista discussio p̄ caplin
quo ad informandum animum capituli ⁊ vt subsequa
tur canonica electio. non autem vt sententia feratur per
capitulum. vide in simili quod nō. Inno. in. c. venera
bili. j. de cens. et fact. c. cū persone. de priuile. li. vi.

Nota quarto ex tex. tria que sunt de substanciali forma electionis. primum est qd electio fiat a maiori et saniori parte capituli. scdm vt precedat plena collatio. et dicitur hic ppo. qd collatio solum exigitur in forma scrutini. no aut in forma compromissi licet sit vtile vt etiam tunc fiat collatio per compromissarios. quod mihi satis placet. qd. c. quia propter. in forma scrutini exigit collationem. et vide quod ibi dixi. Tertium est vt subsequat post publicationem scrutini et collationem communis electio non em sufficiat singularis. i. qd quilibet dicat. eligo talem. sed oportet qd sequat communis et vnica. et hodie habetur forma in. c. licet. f. co. li. vi. r. c. cum abmo. de re iudi. co. li. v. puta qd vnus nomine capituli eligat per verba singularis numeri. vt in iuribus preall. Nota ibi ne vt idem repeti qd iura dicitur lapsuitatem. facit. c. licet. de pba. no em e vtendu sup fluis remedijs vt dicitur in. l. bec stipulatio. s. otual ff. vt le. no. ca. Nota i. pro. ibi tot essent electores. r. qd ad multiplicationem cause sequit multiplicatio effectus causati. et sensus litere est qd publicato scrutinio in quo singuli pserunt non debet de nouo quilibet per se eligere. quia aut idem repeteretur aut sequitur qd tot essent electiones quot numero eligentes. Et ex h dicit Jo. an. qd posset sustineri si in scrutinio qui libet ex electoribus dicat eligo per tex. ibi ne vel idem repeti. loquitur em de electione singularium. ergo vt dicatur repetitio oportet dicere vt in scrutinio dixerunt. s. hosti. aliter intelligit. dixit em qd si electio singularis diceretur nominatio et no electio sequeretur qd idem repeteret si vero dicitur qd sit electio sequeretur absurdum qd tot essent electiones. r. quia quemadmodum vnus faceret electionem ita et secundus. r. Et iste intellectus mihi placet. vt dixi in. c. quia ppter. s. co. vnde laudo illa practica vt in scrutinio quis dicat eligo. sed debet postea subsequi communis electio. vt hic et in. d. c. quia ppter. tamen si electores parum igitari. i. iuris consaj dicerent eligo. non per hoc puto scrutinium viciari per hoc dictum Jo. an. qd est menti tenenda. et quia vba late debent intelligi vt res poti valeat qd pareat. vt in. c. abbate. d. v. sig. Nota vterius qd ex terminis natur alibus vel dyalecticis potest inferri ad ditionem causarum. sicut hic fecit papa. pro h facit gl. no. i. di. pfectudo. que dicit qd deficiente lege potest allegari ratio naturalis. et pro hoc facit. l. scire. in. s. sufficiat. ff. d. executu. Ad idem. c. ij. requirit. in fi. de app. r. mes lre est qd sicut ex singularibus ppositioib? lz veris no apparet ppositio vniversalis nisi exprimat per signum vniuersale. exemplum si dico titius currit. r. n apparet qd enu erando omnes homines mundi currit nisi h exprimat per aliquod signum vniuersale. et p dera quia tex. dicit non apparet. non em dicit non sequitur. quia bene seq

retur enumerando omnes homines mundi. ita in electione licet quilibet singulariter dicat eligo talem mihi subsequatur electio communis nomine capituli non apparet electio capitularis et communis. et ideo vt appareat communis fuit statutum vt prectis singularibus pserit? in scrutinio subsequatur communis electio modo predicto. hoc tñ consistit magis in subtilitate qm in veritate. vnde Jnno. reddit aliam rōnem dicens hoc fuisse statutum quia si sufficerent singulares consensūs quilibz publicato scrutinio proumpret ad eligendum vt red eret se gratum electo. et sic sepe pretermittetur collatio et eligeret malus. Hosti. tñ reddit aliam rōnem dicens qd cum sufficiens rēscendit super congregatos in vnum et punitas patet vnitatem. singulariter vero diuisionem. debet esse electio potius communis qm singularis. cum debeat fieri inuocata spūsancti gratia vt in. c. sacrosancta. s. co. be rōnes sunt omnes pūsancti. vnde pma ratio tex. plus in hi placet. Et scias in Jnno. et bene qd bec electio communis non requirit nisi vbi seruanda est forma. c. quia propter. nā in alijs sufficiunt singulares consensūs per capitulum in capitulo prectis. quod nō. et idem voluit glo. in. d. c. licet. f. co. li. vi. Et nota ex dicto Jnno. qd ad hoc vt valeat agerendus nomine capituli oportet qd exprimat collegialiter et in ipso collegio. Ad idem glo. nō. in. l. licet. ff. quod cuiusqz vniuers. que singulariter dicit qd homines homines huic civitatis etiam elenato repūto ad quod insultum fecerunt seu rumorē nō propter hoc dicit potest qd civitas hoc fecit sed singuli de aitate ad hoc em vt tribuatur civitati oportet qd prius in polo legitime congregato h fuerit obtentum quod nō. r. si cit qd nō. cal. in. c. cum omnes. de pñ. et Jo. an. in. c. i. de re. ecc. non alie. in nouella. licet aliud et male ibi senserit in glo. sua. Nota ibi in canonicatus possessione. qd sola possessio canonicatus tribuit facultatem dandi vocem in capitulo. licet aliter non appareat de proprietate iuris canonicalis. vnde existens in possessione canonicatus debet admitti ad tractatus capitulares tanqz canonicus. nec debet excludi licet ab alijs bus negetur ius proprietatis. quia non debet ex facto priuatorum sua possessione spoliari. facit. c. querebam s. co. si. et. c. consultationibus. de iurepa. Item nō qualiter probetur possessio canonicatus. probat autē probando exercitium particularium actuum ppetuū solis canonicis. vt hic notanter probatur. r. per. et. f. in. c. dilecto. f. de pben. Item nota in ver. scs qd pfectudo generalis potest allegari ad definitionem cause vententis in loco particulari. et hoc intelligo quōdo locus particularis non habet specialē consuetudine nec ius commune expresse disponit in illo casu. nam dicitur re pūmū nō est expressam. de quo loco debet vocari

absentes. unde in hoc potest recurrere ad consuetudinem in eadem
 generalis provincie. ut est bonus tex. hic. ad idem. c.
 super eo. s. de censu. Ultimo nota ibi de pluri fra-
 trum papa causas electionum prelatorum decidit cum pluri
 cardinalium ubi hodie ex eadem consuetudine. prout dicitur in
 hito p. pluricardinalium. et facit quod non. Jo. mo. i.
 c. super eo. s. de hereti. li. vi. In gl. in verbo zeli. ibi
 maior pars censetur que est inferior hoc glo. videtur pra-
 ter. ubi papa non solum ad zelum. sed etiam ad numerum
 habuit respectum currere enim debent illa duo copula-
 tione. s. in maioribus respectu numeri. et sanioritas respectu
 zeli. quod tenuit Jo. an. s. eo. congregato. et sequitur in. c.
 ecclesia. s. eo et dixi in. c. q. ppter. s. eo. et vide quod et
 cum latius in. c. cum ecclesia In glo. in verbo nec singla-
 ribus ibi vel plures vel simul omnes. dicit quod imo debet
 pro. iudicari per unum tantum. et per verba singularis nu-
 meri siue fuerit processum per viam sententiam siue per
 viam promissionis. ut hodie probatur in. d. c. sicut. s. eo.
 li. vi. et in. c. cum ab uno. de re iudi. eo. li. nec ob. l. per
 fundum. de qua glo. in si. opponit et non soluit. loquitur
 enim in respectante ad plures super qua possunt singu-
 li disponere singulariter et diuisim. nec est necesse ut con-
 ueniant in unum. ut probatur in. d. l. p. fundum tex. au-
 tem iste procedit in competentibus pluribus ut vni-
 uersis seu collegio. tunc enim non valet dispositio nisi si-
 at collegialiter. ratio diuersitatis est. quia si res spectat
 ad collegium non potest dici quod collegium disposuerit
 nisi fuerit congregatum et collegialiter decreuerit. cum col-
 legium sit quoddam corpus fictum representatum per
 singulos in unum congregatos. ad hoc. l. mortuo. s. ff.
 de iudi. et per glo. in. d. l. sicut. ff. quod cuiusque vni-
 uers. et plenius per bar. in. l. ant. facta. ff. de penis. et t3
 Inno. hic et. s. dixi. Ad unum tantum notabile et singu-
 lare dictum aduerte quod etiam in respectante ad plures
 ut ad singulares debent singuli in unum venire quia
 do dispositio maioris partis preiudicat minori parti.
 hanc theoricam notabilem posuit bar. in. l. om-
 nes populi. ff. de iusti. et iure. pro qua facit tex. in. l. et
 suam heredem. alias incipit maiorem. ff. de pac. ec. et
 est satis rationale. quia forte minor pars potest
 adducere maiorem partem in suam sententiam. et per
 hoc dictum alias dixi contra theoricam doc. in. c. iij.
 de iure pa. quod plures patroni alicuius ecclesie debent in
 actu electionis fiende de presentando venire in unum
 cum maior pars preiudicat minori parti. ut in. d. c. iij.
 et vide quod ibi dixi sed quia. s. conclusi quod per unum
 nomine capituli seu maioris partis debet fieri electio
 queritur per quem deputabitur iste. Jo. dicit b. In-
 no. quod ex consensu capituli expresso vel tacito. nam si
 quis eligeret nomine capituli capitulo presente et non
 tradicente videtur capitulum presentare quia agit b. ca

si de re meritoria et percipibili. ut. s. ecclesie. quideat
 de pastor. secus si ageretur de re onerosa. ut est seru-
 tus vel procuratoris officium. nam tunc tacens habe-
 tur pro tradicente. ut in. l. filiulfa. s. inuitum. ff. de p-
 cura. et in. l. qui vas. s. vetare. ff. de fur. cum li. Et non
 primo hanc theoricam Inno. quia quotidie allegat cum
 queritur an tacens debeat habere pro presentente vel con-
 tradicente. Sed ego plenius expediam hunc articulum
 in. c. none. de presum. et dicit ut ibi. nunquid autem capi-
 tulum possit aliquem deputare aliquibus reductantibus
 Jo. an. quod sic. quia cum agitur de re necessaria standum
 est iudicio maioris partis nisi minor pars opponeret
 aliquod rationabile. ut in. c. l. de his que sunt a ma. p-
 te ca. glo. no. in. c. cum omnes. de p. s. et facit quod dixi
 in. c. scriptum. s. eo. In glo. in verbo nec premissi
 ibi sed ipse hoc supplet ex officio suo. pondera b. glo.
 videtur enim sentire unum dictum quod alibi non me-
 mini me legisse. quod si aliquis fuit contemptus in electione
 licet ipse non prosequatur contemptum. potest tamen
 iudex qui habet electionem confirmare ex officio suo al-
 legare contemptum illius et sic electionem tanquam inu-
 ldam retractare. Sed aduerte quia tex. videtur velle quod
 aduersarij referebant de hoc questione ut patet in versi.
 de quibus. et sic non videtur quod ex officio suo papa sup-
 plet. preterea dico quod nec aduersarij nec iudex ex offi-
 cio suo possit allegare contemptum ex quo ille qui fu-
 it contemptus tacet. quia cum hoc casu agatur de fauo-
 re privato non autem publico non potest iudex supplere
 ex officio suo. ut non. in. c. bone. de postu. pla. et p. bal.
 in. l. iij. in. s. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. no.
 Inno. in. c. ad nostram. el. ij. de iur. et. quod autem hoc cer-
 nit commodum privatam et non publicam probo ex eo
 quia ipse contemptus potest ratificare electioem. ut in
 c. q. sicut. s. eo. quod non posset si versaret ibi utili-
 tas publica. quia non potest quis renunciare iuri intro-
 ducto in fauorem publicum. ut in. ca. si diligenti. de fo-
 ppe. ad hoc facit glo. no. in. c. q. sicut palle. que dicit quod
 mortuo canonico contempto non potest amplius alle-
 gari contemptus etiam per successorem canonatum.
 Item quemadmodum canonicus potest a principio
 non interesse electioni. ut in. c. quia propter. et in. c. cum
 dilectus. s. eo. Ita potest ex post facto contemptum non
 prosequi. et si ipse non curat nec iudex. curare debet. quod
 re ergo puto quod solus contemptus potest allegare contem-
 ptum ad effectum ut retractaretur electio. unde nec iu-
 dex nec alij de capitulo illo tacente poterunt contem-
 ptum allegare. et videtur hoc satis de mente doc. b. li-
 cet expresse non tangant. Ad istum tex. sentiunt doct-
 duos intellectus. primus quod hic aduersarij et papa pote-
 rant habere respectum. ad contemptum istorum quod eis
 computatis non habebat electus maiorem partem capi-

tuli. Et hoc enim resultabat nullitas electionis. ut in .c. ecclesia. s. eo. et hic in pn. et ex quo electio est nulla non posset contemptus illam validare consentiendo. ar. c. auditis. s. eo. et hec leg. videtur placere Inno. c. q. Jo. an. licet hosti. nolit admittere contemptos debere computari in numero. sed habuerunt omnes bonum consensum nam dictum hosti. debet intelligi qd contempti debent computari in numero. sed ad augendum numerum eligentium si postea consentiant. quia consensus debet preitari in scrutinio et ex illis debet resultare electio. ut in .c. quia propter. et dicam post glo. f. c. ecclesia. f. dicit Inno. et sequacium procedit qd quo ad hoc ut consideretur an habuerit electus maiorem partem totius capituli debent contempti computari in numero eorum qd faciunt capitulum. non autem in numero illorum qui preterierunt in electionem. et tunc perpetuo hoc dicitur menti. qd sermone tibi non solum in actu electionis sed in omnibus actibus collegiatis explicandis ut non valeat quicquid faciat et maior pars presentium si illa pars non fuit maior pars habito respectu ad filios qui debebant vocari. Idone exemplum in vniuersitate sunt. xij. xi. se congregit contempto. xij. non valebit quicquid fiet per sex. qd computato absente non reperitur dispositio facta a maiori parte totius capituli. et pro hoc facit quod non. gl. in de. qd circa. f. c. ti. Secundus intellectus qd ideo papa habuit respectum hic ad contemptum filiorum. quia non interuenit plena collatio numeri ad numerum. non enim fuit plene discussum utrum ille canonicus qui fuit admittendus cum preteritione deberet prestare suffragium nec utrum absens deberet in numero computari. de electis autem collationis viciat electionem ipso facto. quia est vnum de substantialibus forme. ut in .c. cumana. s. e. et forma fuit introducta in fauorem publicorum. vni papa non propter ius priuatum contemptorum. sed propter transgressionem iuris publici fecit mentionem de contemptis duobus canonicis contemptis. et hunc intellectum sentit hic hosti. et utroq. mihi placet. In glo. in vbo possessionem. ibi etiam si ius in veritate non haberet non. hanc glo. et eam intellige ut non. Inno. in .c. in litteris de resti. spo. et dixi in .c. cumana. s. eo. Et in h. gl. Inno. dat aliam solutionem. ad .c. cumana. dicens qd ibi fuit facta protestatio qd vox illorum clericorum non deberet valere nisi de iure deberent interesse. ideo possessores non profuit ex quo non probarunt se habere ius proprietatis eligendi. hic autem fuit facta protestatio qd vox istius non deberet valere si de iure valere non deberet sed ex quo erat in possessione debebat de iure valere per id quod. s. dixi glo. hec sol. non placet Jo. an. qd etiam episcopus in possessione canonicatus debet de iure interesse et tamen illa protestatio nocet ei qui non habet nisi possessionem tantum. ut in .d. ca. cumana. Jo. an. dat

aliam sol. dicens qd ibi clerici consentirent protestationi ideo sibi preiudicauerunt respectu possessionis. hic autem iste canonicus non contempsit. et nota istam solutionem. et vide qd latius dixi in .c. cumana.

Affana

Non valet electio pontificis per laicos et canonicos facta etiam si hoc habeat consuetudo. et quotidie solet allegari. et tria facit. primo prohibet. secundo et tertium ponit. tertio damnat contrariam consuetudinem. secunda ibi que si. tertia ibi non obstante. Nota ibi electio perpetua. qd electum quandoq. ponitur per statuto. qd qd vero pro citatione. ut patet in .c. de illiata. xxxij. q. iij. et in .l. edictum. et in .l. ad peremptorium. ff. de iud. Reperitur etiam in dictum et dicitur in dictum collecta que solet imponi per principem vel civitatem. ut L. de iudicis. in rubro et nigro sup. in dictum vero est collecta extraordinaria. de quo dicendum. ut in .l. mica. L. de sup. iudic. Nota secundo qd canonici non possunt communicare uel eligendi laicos. pro hoc. c. h. f. de iud. et quod ibi non. imo nec episcopus possit. ut non. gl. in .c. no. be. f. de iurepa. nec aliquis alius citra papam non potest laico committere causas spirituales et dare etiam potestatem excoicandi. ut non. glo. in .s. verum. xxxij. di. et per hoc soluitur contrarium quod formari possit vocandi. nus. et in .c. i. synodo. lxxij. di. ubi papa cum concilio dedit potestatem imperatori eligendi pontifices. quod tamen privilegium postea fuit reuocatum. ut in .s. verum. e. di. An autem ex hac concessione imperator seu alius laicus transierit ius spirituale ex sua electione vide per Inno. i. c. q. sicut in h. p. in ca. s. e. Nota tertio qd admissio laicorum in electione prelati reddit electionem ipso facto nullam. ut est hic casus non. et menti tenens qd intellige quando admittitur ad colligendum. scilicet si admittentur propter aliquam utilitatem ecclesie sicut in copo. admittitur tabellio. ad scribendam electionem per actum. Et nota hoc dictum. de quo vide quod plenius dixi in .c. quia propter. s. eo. vel vocatur laici ut etiam dant clericos electores contra clericos vel alios in iuste impediens ipsos canonicos. lxxij. di. in principibus. Si autem admittantur ad colligendum excoicandi nunquid electio sit nulla. dicit ut in .c. h. de p. a. c. non. s. eo. illa. Quid autem in alijs inbabilibus nunquid ipsorum admissio viciat electionem. dixi plene in .d. c. h. et vide quod non. Job. an. in regula. quod aliter in m. r. c. Nota et h. l. r. qd etiam consuetudo non potest reddere laicos capaces iuris spiritualis et dicit hoc pretere etiam si esset tanti temporis de et ius in ius non quare memoria ut non. Jo. an. in .c. h. de p. b. l. vi. dixi plene in .c. causam. de p. s. c. p. Ultimo nota qd per consuetudinem mittit nomen consuetudinis et appellat corruptela corripit enim mores sub velamine p. s. c. d. i. l.

nam assumitur ab impijs vt privilegium. vij. di. mala. et. iij. di. deniq. et pro hoc facit quia consuetudo vera est quoddam ius moribus introductum. vt. l. di. consuetudo. sed ex prauis actibus nō inducitur ius cū ius debeat esse honestum et. vt. in. c. erit autem lex. iij. di. Quandoq. tñ improprie etiam in malis inducitur consuetudo non autem q. debeat trahi ad cōsequētiā sed ex repetitis actibus videtur hō assuefactus ad malum et deduxisse malum in cōsuetudinem. vt. in. c. ita nos. xxv. q. ij. et in. l. iij. l. d. epi. audi. An autem electio indistincte sit nulla si laici intersunt electōni. vide quod dixi post Inno. in. c. camana. s. eo. nam si laici per violentiam se ingerunt que caderet in constantem virum electio non redditur nulla. valz em̄ quatenus sit a clericis. et est vtile tunc vt p. clericos fiat. p. testatio vt ibi dixi. nam electio redditur nulla ex admissione laicorum in odium admittentium. nam alias de iure electio v. valere quia sit nomine vniuersitatis. vniuersitas autē residet penes habiles. vt. in. c. p. gregato. s. e. et i. c. si. de. p. cura. vbi valet electio habilium si excoicati fuerunt admitti ignoranter s. odium cessat qñ p. violentiā se ingerunt et hec nō. In glo. i. in. fi. de hoc an et quando vtile videt p. inutile. dic vt nō. glo. in regula. vtile. li. vi. Et ad materiā nostram vide quod dixi i. di. co. c. si. de pro. et in. c. cum super abbacia. de offi. dele. In glo. si. ibi. nulla temporis longinquitate defenditur. nota bene hoc dictum glo. q. p. s. uetudo cōtra ecclesiasticam libertatem est in p. scriptibilis et fac ista glo. q. p. s. uetudo non possit introduci vt clericis soluant collectam etiam de bonis patrimonialibus quia hoc est contra ecclesiasticam libertatem. vt. in. c. nō minus. et. c. aduersus. de immu. ecclie. Et an laici imponētes collectas sint excoicati. dic vt le. et nō. i. d. c. nō minus. et vide quod ibi plene dico quod tetigi in. c. si. de vita et ho. de. vbi est tex. apertus. q. etiam de patrimonialibus non tenent dīci soluegabellas. forti? nec collectam. dic etiam q. etiam ista p. s. uetudo non valebat quia non poterat reddere laicos capaces iuris spūal. vt. in. d. c. causam. de p. scrip.

Ecclesia vestra Non sufficit ad p. firmatōnem electōis q. sit facta a maiori parte capli nisi etiā illa pars sit sanior. vel ad idem sic. Non sufficit ad validitatem electōnis q. sit a maiori parte capituli sed requiritur q. illa sit sanior. et est casus notabilis et semp. menti tenendus. Diuiditur. nam primo ponitur duplex electio. secundo allegatio pro vno electorum ibi. tandem. terciō pro alio ibi pars vero. quarto diffinitio ibi nos. Nota primo q. capli potest etiā vno absente p. figere diem electōis celebrande restringēdo terminum iuris. nam de iure collegium habet tres mē

ses ad eligendam. vt. in. c. ne pro defectu. s. eo capli autem potest restringere hunc terminū et alium breuiorem statuere vt hic. an autē hoc possit facere invita mī nori parte vide quod dixi post doc. in. c. cum nobis. s. eo. Secundo nota ibi p. biterum cardinalem canonicum vestrum. q. p. biter cardinalis potest esse canonicus ecclesie cathedralis. et in b. tene menti istū tex. quia nescio alibi. et dixit hic Jo. an. q. loquitur tex. scōm consuetudinem p. biterorum et diaconoz cardinalium qui retinent priora beneficia. facit quod i. simili nō. in. c. iuratus. xij. di. quasi sentiat q. de nouo non possit acquirere canonicatum aperte tamen b. nō dicit. In hoc tamen dicerem sic. q. aut promotus in cardinalem habebat prius beneficium curatum v. aliam dignitatem inferiorem seu officium et vacat ipso facto q. assumitur in cardinalem per. c. de multa. s. de p. ben. nam cardinalatus est dignitas seu officium maximum. Ergo per adeptionem ipsius debent vacare beneficia curata prius adepta vel dignitates seu p. sona? inferiores. Ad idem quod habetur in extraneanti execrabilis. in. s. quia vero. aut habebat beneficia minora. vt puta canonicatum. et illa non vacant p. adeptionem cardinalatus etiam si exigerent residentiam. iuxta ea que dixi. in. c. si. de de. non resi. et in. d. ca. de multa. et hoc inteligo de p. bitero vel diacono cardinali. nam episcopus cardinalis ratione episcopatus p. dit ipso facto omnia priora beneficia sicut statuitur in simplici episcopo in. c. cum in cunctis. in. s. cum vero. s. eo. aut queritur nunquid promotus in cardinalem possit de nouo acquirere beneficia in titulum. et puto q. non si sunt curata. ar. in. d. c. de multa. et in. c. q. nō nulli. et in. c. relatum. et. c. ad hec de de. non resi. Idēz si essent minora beneficia exigerent tamen residentiam quia non debent conferri beneficia ei qui residere non potest. vt in iuribus proxime allegatis. sed beneficia minora residentiam non requirentia poterit p. biter vel diaconus cardinalis acquirere mero iure inspecta generali consuetudine. de qua in. c. dudum. s. eo. q. nil repugnat sicut habens dignitatem inferiorem poterit acquirere talia beneficia minora. vt nō. in. c. i. de cōsue. li. vi. et in. c. gratia. de rescrip. eo. li. et. c. officij. s. testa. vbi glo. sed episcopus cardinalis acquirere non potest sicut nec alius simplex episcopus. nam si perdit priora beneficia. vt in dicto. c. cum in cunctis. fortius non potest de nouo acquirere. quia turpis est dicitur q. non admittitur hospes. vt in. c. quem admodum. s. in reuāran. hoc intellege nisi acquisitio admittatur ex causa rationabili. iuxta ea que dixi post doc. in. c. cum nostris. s. de conce. p. ben. vbi bonus tex. facit quod le. et nō. in. c. cum ecclesia. de p. ben. li. vi. et hic nobis.

Nota terciō q. maior pars numero p. sumitur sa-

maior. presumitur enim in dubio pro numero ar. c. prudē
tia. de offi. dele. et in. c. quibus. ff. de i. et p. c. dudu
el. i. s. eo. hoc tamen presumptio admittit pbatōnem
in contrarium ut hic probatur. Nota quarto ibi
ad ecclesiam supradictam q̄ scientia requiritur in pre
lato scdm̄ qualitatem ecclesie. non ergo in omnibus ec
clesiis requiritur uniformis scientia. nam si populus
vni subiectus est maximus requiritur maior scientia v̄
si ibi sunt heretici. facit. c. in causis. e. eo. et quod ibi
nō. et tene menti illa duo iura ad hoc. Nota quinto
ibi habito respectu ad personam electi r̄. q̄ zelus me
lior presumitur habito respectu ad idoneitatem electi
eligentes enim presumunt meliori zelo ducti. Nota sexto.
q̄ non omnia p̄tenta in. c. quia propter. sunt de
forma substantiali dectōnis. nam quedam sunt ibi de
iusticia quedam de forma substantiali. unde q̄ fiat ele
ctio vocatis omnibus vocandis est de iusticia non autē
de forma substantiali. et que sunt de forma substantia
li ibi dixi. et ex hoc r̄ ex tex. singulariter nō q̄ clausula
in si. posita non semper p̄tinet omnia precedentia. nā
in. c. quia propter. in si. ponitur illa clausula videlicet
electio aliter facta non teneat et tamen non p̄tinet oia
precedentia. ut est hic tex. nō. quia si concerneret om
nia sequeretur multorum iurium correctio. Et ex h̄ nō sin
gulariter q̄ clausula in si. posita nō debet referri ad
oia precedentia q̄ ex tali relatione sequeretur absurdū
vel aliud inconueniens seu iurium correctio. debet enim
esse uniformis rationibus precedentibus ad h̄ ut clausu
la sequēs referat ad oia. scdm̄ si p̄t reddi diuersitatē rō
inter precedentia. Ad h̄ vide qd̄ nō. bar. in. l. p̄tor. le.
ij. ff. vi. bo. rap. et in. l. talis scriptura. ff. de le. i. et qd̄
plene dixi in. c. ij. requiris de appl. et tene in hoc semp
menti tex. quia nescio sibi simile in toto corpe iuris ca
nonici. Item ex h̄ et ex tex. nota q̄ p̄ euitanda iuriaz
correctio debet fieri stricta interpretatō. pro hoc quod
nō. in. c. cum expediat. ff. eo. li. vi. et vide bar. in extra
uag. ad rep̄mendum in verbo non obstante privilegio
vbi ponit quedam verba pulchra in materia p̄ euitan
da iurium correctio. Nō ibi excogitatum est mul
tis vigilijs q̄ sententia exigit vigilias repellit aut som
nolentos h̄inc tulius in p̄logo rethorice. statui quidē
semp̄ nemine sapie et eloquentie laudem sine maximo
sudore ac labore p̄sequi posse. Nota in verbo nos
igitur q̄ non solum in electione s̄ etiam in alijs dispo
sitōibus fiendis p̄ caplm̄ non sufficit maior pars nē
si illa sit sanior. Requiritur ergo ista duo copulatiue. n̄
ergo sufficit maioritas numeri sine sanioritate. ut est h̄
tex. nō. quem ad hoc semp̄ tene menti. nunquid autē
sufficiat sanioritas sine maioritate respectu numeri sit
opi. r̄ dic vt latius dicam cū glo. si. an aut̄. p̄dca ha
beant locum in vniuersitate seculari vt maior pars nō

consistat in solo numero sed in dignitate et auctoritate
et merito p̄sonaz. dic q̄ sic nō. bar. post glo. in. l. p̄m
ponius. alius incipit si vni. ff. de re iudi. qd̄ tunc mens
et addit ibi notabile dictum dicens p̄dca procedere
in his que sunt per plures vt collegium. si autem per
plures tanq̄ singulares. tunc p̄siderat numerus. ar. in
l. si duo ex tribus. r̄ in. l. inter pares. ff. de re iudi. facit
quod nō. p̄ glo. in. c. h̄. de re iudi. r̄ qd̄ nō. ibi. in. c.
cum in veteri. e. e. et qd̄ ibi dixi in. c. cum dilecti. e. h̄.
Et ex p̄dca inferit ad vni ad quod cōter non aduer
tit q̄ in disponendis p̄ vniuersitatem s̄ caplm̄ non
debent dari voces per lupinos. quia tunc nō p̄t appo
tere que pars sit sanior s̄ solum qui maior responu
meri. et n̄ maioritas sine sanioritate nihil valet vt b̄ et
in iuribus. e. alle. et vt iquit plinius in quadam epla
nō debent solum numeris p̄sonis s̄ ponderari sentie
nil enim est ita inaequale q̄ vbi impar est prudentia sit
par ius. quasi dicat sic. et homines differunt in p̄dca
na. quia vt dicit Cicero. multi homines r̄ pauci homi
nes. multi noie. et pauci re. et facit. pl. di. multi. ita de
bet esse differentia in auctoritate vocum vt magis pon
deret vox prudentis q̄ insipientis seu parum sapientis
et hoc diligenter nō. In glo. ibi vel dicat p̄dca
cula vsq̄ ad finem fuit addita a tempore Inno. et p̄
mitem additōnem fecit in glo. se. et ex his duabus gl.
nō. q̄ licet can. onicas vocatus noluerit interesse p̄dca
p̄dca. termini. nō p̄pter hoc videt̄ renunciari iuri dig
di cum ista sint diuersa. v̄ terminus p̄dca in cap
tulo d̄ sibi denunciari et regri vt cōpareat in termino
ad eligendū. p̄trariam t̄i opi. vt nō sit amplius requi
rendus tauerunt vin. et p̄bil. p̄r ea que dicuntur in
istis duabus glo. in prin. s̄ Inno. Jo. an. et cōter alijs
sequentes tenent p̄dca p̄m p̄ qua optime fiat quod
nō. glo. in. ca. cum qui. de do. et p̄m. li. vi. que p̄dca
q̄ licet quis fuit p̄dca in vno articulo cause. n̄
minus debet citari ad ea q̄ postea occurrūt ex quo oia
tio fuit sp̄alis ad certum actum. et facit qd̄ nō. Inno.
in. c. consuluit. de offi. deleg. Et vide quod dixi in. c.
si. de dila. hanc t̄i cōclusionem glo. limitatur h̄ Inno.
Jo. an. et cōter alijs. Ex quoz̄ dicitur sic distinguit̄
queritur an nō cōparens in termino electionis edicti
de p̄dca debeat vocari q̄ aut absens interfuit p̄dca
ni termini et nō debet amplius vocari. Imputat̄ t̄i
sibi si non p̄paret. nam vide nolle interesse ad hoc. c. oī
dilecti. et in. c. cum inter vniuersas. et in. c. in causis. e.
eo. aut non interfuit p̄dca termini. et tunc aut fuit
vocatus ad terminum p̄dca aut non. primo ca
su aut scivit p̄dca termini. et non debet amplius
vocari. quia ex quo est certus nō debet amplius
citari. vt in regula cum qui certus. de re. iur. li. vi. r̄ in
l. de act. emp. aut ignorauit p̄dca termini. r̄ si

incidit in ignorantiam ex sua malicia, puta qz absentia
uit se vt non perueniret ad noticiam suam, et non debz
amplius requiri, qz haberi debet p citato, vt in. c. qm
§. porro. §. vt li. nō pñ. et facit quod nō. Inno. in. c. ad
petitōnem. §. de accu. secus si ex alia malicia occultauit
se, nam ex quo non fecit cā electōnis debet requiri ar.
in. l. fulcimus. in. §. quid sit latitare. ff. tex. qui. cau. in
poff. ea. Secundo casu pncipali qñ non fuit voca-
tus ad terminum presigendum dicunt cōter qz voca-
ri debet ad electōnem qntumcunqz scuerit presignē
termini p hoc facit fm do. an. qz ista intīmatio sit non
solum ad habendam simplicem noticiam s̄ requiritur
a iure p iusticia alle. c. quia ppter. s. eo. qd. c. nihil ad
hoc facit. Et credo qz hanc rōnem posuit do. an. vt tol-
leret motium p̄trarium qd̄ formari potuisset de p̄ma
ni theorica bar. in. l. emptor. l. de euic. et in. l. denun-
ciaffe. ff. de adul. et aliorum doc. in. c. si. §. de emp. et v̄
